
M



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ
ΒΙΒΛΟΙ ΟΚΤΩ.

POLYAENI
STRATEGEMATUM
LIBRI OCTO.

JUSTO VULTEJO

interprete.

PANCRATIUS MAASVICIUS
recenſuit, ISAACI CASAUBONI,
nec non ſuas, notas adjecit.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud { JORDANUM LUCHTMANS, & JOHANNEM DU VIVIÉ. } 1691.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

NOBILISSIMIS. AMPLISSIMIS. REIPUBLICAE. DELPHENSIUM. PRINCIPIBUS. VIRIS.

GERARDO. PUTMANS. J.C. OLIM. PRAETORI. NUNC. REBUS. INDICIS. NEC. NON. AGGERIBUS. DELFLANDIAE. PRAEFECTO. CONSULUM. PRAESIDI.

JACOBO.VREEDENBURGH.AB.ADRICHEM. J. C. AD. COLLEGIUM. REBUS. MARITIMIS. PRAEFECTORUM.; NUPER. DELEGATO. SCHOLAE. DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI. CONSULI.

HENRICO. D'AQUET. MEDICO. CONSULI.

PETRO.TEDING.BERCHOUT.J.C.CONSULI.

ADRIANO. BOGAART. J. C. TOPARCHAE. IN. BELOIS. ET. NATTAIRS. NUPER. CONSULUM. PRAESIDI. AD. COLLEGIUM. NOB. ET. PRAEPOT. DEPUTATORUM. ORD. HOLLAND. DELEGATO. REBUS. INDICIS. PRAEFECTO. IN. SUPREMA. AGGERUM. DELFLANDIAE. CURIA. ASSESSORI. SCHOLAE. DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI.

NICOLAO. AB. ASSENDELFT. J. C. REIPUBL. DELPHENS. SENATORI. SCABINORUM. NUPER. PRAESIDI. SCHOLAE. DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI.

DAVIDI. CLINQUANT. DIVINORUM. ORACULORUM. INTERPRETI. PRIMARIO. SCHOLAE. DELPHENS. COLLEGIIQUE. IBIDEM. LITERARII. CURATORI.

DOMINIS. SUIS. CLEMENTISSIMIS.

S. P. D.

PANCRATIUS. MAASVICIUS.

Polyænum edituro haud diu circumſpicienda fuere Nomina, VIRI AMPLISSIMI, quæ tam veterum quam recentiorum inſtituto no-

væ huic editioni præfigerentur: jamdudum enim Veſtra de me merita teſtari publice, & gratæ meæ erga Vos voluntatis præbere ſpecimen geſtiit animus: Vos enim, VIRI NOBILISSIMI, mihi Dii eſtis reduces, quorum auſpiciis, per ſeptennium patriæ abſtractus laribus, nunc denuo iiſdem reſtitutus, quotquot ſecum fert ea, frui commodis abſque intermiſſione valeam. Nondum enim biennum Bredano Gymnaſio præfueram, cum literis Veſtris ſecundus mihi in Ludo Veſtro Literario offerretur locus, quæ animum redeundi in patriam ſponte ſua pronum tantum non impellebant; verum generoſus quidam honoris ſtimulus & gloriæ cupido, quæ in optimis etiam quibuſque conſpiciuntur, impetum illum refrenabant, nec legati munere fungi, qui ipſe jam cum imperio eram, ulla ratione ut a me impetrarem patiebantur. Tantum autem abfuit, ut recuſatio illa benignum Veſtrum de me judicium extinxerit, ut priorem etiam opinionem magis in-

flammarit. Ejus rei argumentum fuit haud exiguum, quod poſt annos admodum quinque, cum idem apud Vos vacaret locus, eandem mihi ſecundo, & quidem honorificentiſſime, obtuleritis provinciam. Tunc demum in me ipſe ſum expertus, quid non valeat patriæ, parentum, nec non amicorum, & quidem doctorum, quotidie familiaritas & commercium: nam quo breviori ab iiſdem abſentia animus impelli primum nequibat, eo longiori, qua mihi chariſſimis illis pignoribus carendum fuerat, intercapedine, idem facilius poſtea fuit adactus. Neque enim verebar quemquam daturum mihi vitio patriæ meæ deſiderio ex imperatore factum me legatum, cum (liceat parva magnis componere) ſempiternæ ducatur laudi Magno Africano, quod fraternæ laudis amore incitatus fratri L. Corn. Scipioni contra Antiochum legatus iverit omnium imperatorum excellentiſſimus: præſertim cum accederet chariſſimæ parentis deſiderium &

pietas, cujus flagrantiſſimis precibus, quibus jam ante quoque ad redeundum indeſinenter me invitarat, deeſſe ultra erat religio: nec non Magni Viri, Theodori Ryckii, qui princeps mihi & dux ad ſuſcipiendam & ingrediendam rationem horum ſtudiorum extiterat, ſed cujus mors nuperrima, ſuis luctuoſa, nobis triſtis, Reipublicæ Literariæ omnibuſque bonis acerba, eorundem fructum ſummo ſuo jure eidem ſolvere mihi non permiſit: hujus, inquam, Viri, nunc ἐν ἁγίοις, amplectendi muneris tam honorifice a Vobis oblati conſilium & auctoritas: & denique, quod poſtremum licet commemorem, in primis tamen & præcipuis jure numerandum incitamentis, Scholæ Veſtræ præ ceteris per omnem literatum orbem illuſtre nomen & fama, cui inſtaurandæ, annorum aliquot retro injuria nonnihil imminutæ, cum & me deſtinari a Vobis acciperem, gaudebam me in celebriorem laudis inveniendæ deſcenſurum arenam, in qua majori cum fructu in ſtudio-

dioſam juventutem diffundi poſſe in futurum noſtra videbatur opera. Veſtra vero, VIRI GENEROSISSIMI, quam præſens jam tres annos experior, benignitas eximia & ſingularis, non ſolum conſilii hujus rationem mihi probavit hactenus; ſed tanto opere eandem inſuper confirmavit, ut cum ſuperiore æſtate prior mihi provincia cum honoris incremento iterum offerretur, eandem modeſte recuſaverim. Veſtro itaque munere id accepi, ut Auctorem hunc edere, eumque Ampliſſimis Veſtris Nominibus inſcribere poſſim: a Vobis quippe huc evocatus, amicorum, quibus præſenti mihi frui per Vos datum erat, adhortationibus perpetuo fui incitatus, ut, dum ætas & vires paterentur, aliquid ſaltem, quod ſentio quam ſit exiguum, ex ſtudiis meis ad communem utilitatem adferrem, quæ certe tantas in animum egere radices, ut, cum non publica ſolum, quam mihi crediſtis, ſed & privata juventutis Veſtræ diſciplina me haberet exercitatiſſimum, horas ſubſecivas

ad hæc ſtudia recolenda ſumpſerim, & aures ſcholaſtico ſtrepitu ac convicio defeſſas doctrinæ hujus delinimentis permulſerim. Veſtrum denique eſt, quod occaſionem nactus exoptatiſſimam, qua Vir Clariſſimus, Jacobus Gronovius, paterni non ſolum nominis, ſed & virtutum, præter ſuas, quas poſſidet admirabiles, ex aſſe hæres, non ſolum edendi hujus præcipue operis fuerit hortator, ſed pro incredibili ſuo ad promovenda literarum ſtudia, utque Auctores tam Græci quam Romani ſermonis emendatiſſimi poſterorum manibus terantur, zelo, humaniſſime quoque talia largitus ſit ſubſidia, ſine quibus fruſtra fuiſſet omnis labor. Quibus ergo potiſſimum, VIRI GRAVISSIMI, quam Vobis, qui præter immenſa, quibus obſtrictum me tenetis beneficia, Polyæno quoque renaſcendi præbuiſtis originem, abſque animi ingratiſſimi nota hunc beneficii Veſtri Auctorem, & Vobis non quidem ἀπροσδιόνυσον, dicaſſem? Ac ne quis a nobis hoc ita dici for-

te miretur, quod alia quædam in eo ſit ſcribendi ratio, quam quæ Viris in bellicis negotiis ac periculis minime verſatis conveniat; maximi quidem in bellis momenti in eodem continentur ſtrategemata, unde & ipſe labores ſingulos præſtantiſſimis Imperatoribus, reique militaris prudentiſſimis, Antonino & Vero, inſcribere non erubeſcit; ſed, ipſo teſte, reconditæ quoque regendarum rerumpublicarum commemorantur artes, quæ in bello non ſolum, ſed & in pace, ſummum imperium tractantibus inſignem adferre queunt prudentiam & utilitatem. Ut autem fertur Sinætes quidam Artaxerxi Mnemoni alieno ſibi loco obviam facto, cum, ſollemni Perſarum inſtituto, regem muneribus tum ornare non valeret, ne tamen inhonorati regis dedecus in ſe admitteret, ex profluente Cyro hauſtam utraque manu aquam obtuliſſe, idque donum benigno ac regio animo a tanto principe fuiſſe acceptum: ita Vos etiam, VIRI NOBILISSIMI, haſce qualeſcumque ſtu-

ſtudiorum meorum primitias, Dignitatibus quidem Veſtris longe impares, ſed ab eo profectas, qui cum abſque munere Vos dimittere nec deberet nec poſſet, iis ſaltem, quibus in præſentiarum potuit, votivis animi grati tabulis Divorum ſuorum genua incerare conatus eſt, benigno accipite animo, & inſignem Veſtrum, quo complexi me eſtis hactenus, favorem mihi porro ſervate, ut in dies magis in nobis excitetur illud ſtudium, quo uberiorem quandoque, ſi Supremus Rerum Arbiter largiatur veſci aura, daturi ſperamus meſſem. Quod ſupereſt, VIRI GENEROSISSIMI, Summo Numini ſupplicia cum omnibus bonis pro Veſtra incolumitate, qua etiam publica continetur ſalus, vota nuncupamus, utque auguſtiſſimis Veſtris auſpiciis Publicam rem Veſtramque diutiſſime geratis. Feliciter! Ex Muſeo noſtro v. Kal. Aprilis CIↃ IↃ C XC.

LECTORI S.

Sæculum nunc eſt, quod Polyænum, *una cum* Juſti Vulteji *verſione, nec non ſuis in eundem Notis, Græce primus ediderit & ab interitu vindicaverit Vir Magnus* Iſaacus Caſaubonus: *quo vel ſolo nomine præter incomparabiles alios Divini ingenii fœtus, ſummi Viri manibus, cum ob ſingularem Auctoris præſtantiam, tum quod multa nobis, quæ fruſtra quæras alibi, per eundem a temporum injuria ſint vindicata, immortales gratias debent Literæ. Verum uti nihil natum ſimul eſt & perfectum, ita nec Polyænus eo nitore vel elegantia tum prodiit, quam quidem Viro doctiſſimo fuerat in votis: cum enim Codicem nactus eſſet vitioſiſſimum, in quo nihil fere non aut diſtortum, aut luxatum, aut accepto vulnere aliquo adſpectu fœdum, non mirum profecto multa in eodem lacera, hiulca & inemendata fuiſſe relinquenda: quapropter etiam alios, qui meliorem* Polyæno, *ſi poſſint, commodent operam, ipſe invitat & hortatur, hujus certaminis præmium ſibi eripi adeo non moleſte ferens, ut etiam id optari ſibi generoſe profiteatur. Id autem qui aggrederetur quum hactenus apparuerit nemo, nos lampada traditam alacri animo accepimus, non quod aut ab ingenio, aut ab otio melius eſſemus inſtructi (poſt Caſaubonum quippe in eandem arenam qui deſcenderet, is certe poſt Roſcium in ſcena geſtum ageret) ſed quod illos, quos expectandos ſæpe monet Codices, nobis videremur conſequuti. Unde*

etiam

etiam ſicubi a doctiſſimo Viro diverſis nobis fuit abeundum, quanta id fieri potuit, factum modeſtia: quia, ſi iiſdem ille quibus nos, inſtructus fuiſſet adjumentis, non ſolum hoc nos faſce levaſſet, ſed Polyænum *dediſſet elegantiorem multo, quam a quoquam poſſet ſperari. In procuranda hac editione ſubſidiis uſi ſumus, duabus quantivis pretii & optimæ notæ MSS. Codd. collationibus, quarum altera ex illuſtriſſimæ Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ cimeliis deprompta, altera ex egregio Collegii S. S. Trinitatis apud Cantabrigienſes Bibliotameo ex indulgentia Reverendi & Celeberrimi, qui tum ei præerat,* Joannis Pearſoni, *prodiit. Miro prorſus cunctationis fato, quum jam ante plurimos annos ipſi hi duo Codd. a plurimis eruditis Viris ſtudioſe fuerint uſurpati: nam præter communem famam, quæ paſſim de* Joanne Pricæo *ſparſa eſt, ex cujus chirographo plurima exempla facta hic illic hærent, teſtari poteſt una bibliotheca* Iſaaci Voſſii, *mirum in modum gaviſi per tanta temporis ſpatia ſine fructu vel ſuo vel publico incubare theſauro alienis manibus collecto: in ea quippe hæc reperias Græcorum num.* 212. Variantes Lectiones in Polyænum ex MS. Cod. D. Joannis Pricæi. *Item*, Conſenſus hujus Codicis in Polyænum cum MS. Cod. Collegii Trinitatis apud Cantabrigienſes, & Variæ Lectiones hujus Polyæni ex MS. Cod. Collegii Trinit. *Item in Mathematicis in* 12. *num.* 23. Polyæni Strategemata cum Caſauboni Notis & Verſione Gr.

Lat.

Lat. Lugd. 1589. Cum MSS. collata, manu Franc. F. F. Junii. *Num.* 24. Polyænus, Caſauboni ut ſup. quibuſdam in locis manu Iſ. Voſſii cum MSS. collatus & emendatus. *Quin & Pater Gronovius jam eodem Cantabrigienſi Cod. in Anglia uſus fuerat. Suppeditavit eas nobis perquam humaniſſime, pro infinita qua flagrat literarum excolendarum cupiditate, qui eaſdem ſua excerpſit manu, Vir Clariſſimus, Jacobus Gronovius, præterquam quod Auctoris hujus edendi primus nobis idem extiterit auctor: quare etiam, ſi quid nitoris Polyæno ex Codd. hiſce acceſſerit, acceſſit autem abſque illis parum, id omne huic Viro acceptum referre debes. Quiſquis vero editionem hanc cum priori contulerit, multa horum Codd. auxilio hic emendata, multa poſtliminii jure Auctori ſuo reſtituta, multa denique eidem ſarta tecta conſervata inventurus eſt. In contextum vix quidquam recepimus, niſi vel utroque Cod. noſtro, ut & eo, ſive iis, quibus præter corruptum illum ſuum uſum ſe in Notis teſtatur Caſaubonus, nec non Interprete, qui & Codicis vicem ſæpe ſupplevit, vel minimum uno ex noſtris, addicentibus. Codices vero quos citat identidem, quales vel unde fuerint vellem aperuiſſet Vir Magnus, cum in ſua ad lectorem adloquutione, priore illo ſuo tantum fuiſſe inſtrúctum queratur, niſi fortaſſis inter illos is habendus ſit, quem in Notis ad* Æneam, *quem tamen diu poſt* Polyænum *publicavit, a Viro Cl.* Jacobo Bongarſio *ſibi conceſſum citat. Conjecturis raro quid datum, niſi manifeſtis, & quas*

vel cuivis facillime probatum iri habebam perſuaſiſſimum. Decreveram quoque, Caſauboni *uſus conſilio*, *novam* Polyæno *adornare verſionem*, *ſed quia* Vultejum *optimo uſum Codice (quem utinam Græce dediſſet, multis certe partibus melius* Polyęno *iſſet conſultum) poſtea deprehendi*, *plurimiſque in locis vulgato textu Græco*, *quem dedit Caſaubonus*, *auctiorem*, *& cum noſtris plurimum conſentientem*, *mutavi conſilium*, *eamque ad firmandam Codd. noſtrorum auctoritatem retinui. Vitia pleraque in eadem notare, cum Græcis enim ubique non comparavi, quod ea tantum quam puriſſima dare eſſet propoſitum, habui ſatis. Cum multa in verſione a* Tornæſio *immutata teſtetur* Caſaubonus, *undique ipſam* Vulteji *editionem conquiſivi*, *ut quænam Vultejo*, *quæ vero debeantur Tornæſio*, *liquido conſtaret*; *ſed fruſtra*: *unde forte acciderit*, *ut* Vultejo *tribuerim*, *quæ eidem non erunt imputanda. Ne quid autem ex priori editione deſideraretur*, *quæcumque in ea continebantur*, *fideliter hic expreſſa reperies. Denique*, *ut quam pauciſſima huic editioni deeſſent*, *Indicem quoque*, *quod in priore is erat imperfectiſſimus*, *novum in tuum commodum concinnavi. Hæc ſunt*, *quæ neſcius ne eſſes volebam. Tu iis fruere & vale.*

No-

Nobiliſſimo, generoſiſſimoque Viro

PHILIPPO MORNAIO,

PLESSIACI DOMINO, &c.

Is. Casaubonus S. D.

Interea dum horribilis illa tempeſtas ſævit, vir Nobiliſſime, quæ miſeram noſtram Galliam tot jam annos concutit: nos, quibus οὐ δέδοται πολεμήϊα ἔργα, quod unum poſſumus, precibus ad Deum Opt. Max. pro Reipublicæ, & bonorum omnium ſalute, dies noctesque excubamus: doloremque noſtrum, quem ex hac tanta rerum omnium perturbatione ſummum, pro eo ac debemus, percipimus, quibuſcunque rationibus poſſumus, lenire ac minuere conamur. Quam ad rem quantum litterarum ſtudia valeant, ii demum mihi videntur poſſe ignorare, qui aut earum ſuavitatem nunquam deguſtarunt: aut rei adverſæ periculum nullum unquam fecerunt. Itaque, qui a natura ita comparati eſſemus, ut ſine litteris vitam nullam vitalem putarèmus, ac ne optaremus quidem: nunc multo etiam magis in litteras nos abdimus, iis vacamus, iis nos totos dedimus. Hac ratione quantum alii proficiant, neſcio: nos quidem, ſi nihil aliud, hoc certe conſequimur, ut animus interea noſter a cogitatione tantorum malorum avocatus, & litterarum dulcedine recreatus, laxamenti aliquid capiat, & novas vires colligat, quibus par eſſe tantis ærumnis, atque adeo eas vincere & ſuperare ferendo poſſit. Quum autem ampliſſimus ſit litterarum campus, viſum eſt nuper, gravioribus ſtudiis intermiſſis, eorum librorum lectione animum recreare, qui convenientiſſimum his temporibus argumentum complecti videbantur: eos potiſſimum intelligo, qui de re militari Græce ab eruditiſſimis olim viris conſcripti fuerunt: quorum pars alia, eaque maxima, pridem eſt quum fuit: pars adhuc in privatorum bibliothecis, aut omnino, aut ex meliore ſui parte deliteſcit. Nos vero, qui eorum aliquot, dum præ deſiderio bene de litteris & litteratis hominibus merendi, omnia ſatagimus, tandem adepti ſumus, quorum alii nunquam uſque adhuc editi fuere, alii vero non niſi Latine: quum ex eorum lectione voluptatem haud parvam cepiſſemus, faciendum putavimus, ut optimi auctores, & doctorum hominum votis ſæpenumero expetiti, noſtra opera in publicum tandem prodirent. Eorum e numero eſt, is, qui tibi nunc a nobis, Vir Nobiliſſime, offertur, Polyaenus: ſcriptor antiquus, elegans, acutus, eruditus, &, quod ad rem facit, haudquaquam ἀπειροσάλπιγκτος: ſed qui utramque militiam, (ſagatam, inquam, & togatam,) ſecutus eſt. Is præclara imperatorum ac ducum facta, Græcorum, Romanorum, Barbarorum, non quidem omnia: ſed ea tantum, quæ proprio nomine ſtratagemata nuncupantur, octo libris eſt perſecutus. Quod argumentum quum apud Latinos quoque Fron-

tinus auctor non ignobilis tractare inſtituerit, ſi quis hos duos ſcriptores inter ſe comparet, facile intelliget, quam ſint Græci, quicquid ſuſceperint, in eo tractando & uberiores & diligentiores Romanis. Accedit huc ſermonis elegantia, quam Græcus noſter longe majorem habet: non linguæ tantum bono & prærogativa quadam, ſed ſtudio etiam & induſtria partam. Fuit enim Polyænus orator & patronus cauſarum apud Impp. Antoninum & Verum: quas partes qui obiret, eum oportuit non leviter litteris tinctum fuiſſe, & in oratoria facultate haud mediocriter exercitatum. Hunc igitur ſcriptorem, Græce nunc primum a nobis editum, ac locis pæne infinitis emendatum, auſi ſumus ſub tutela nominis tui evulgare, & de tuo ſplendore lucem illi parum adhuc in vulgus noto, parare. Non enim dubitamus, quin, ſi probari is tibi potuerit, etiam reliquis omnibus, in quorum ille cumque manus veniet, gratus ſit futurus. Nam quem alium quiſquam potius quam te harum rerum æſtimatorem ac judicem deſideret? aut cujus ego patrocinium Polyæno meo potius quam tuum conciliem? Si enim rei militaris ſcientia quæritur, ecquis eſt, non dicam in noſtra Gallia, ſed apud exteras nationes, qui ignoret, qua prudentia tu bellicas res adminiſtrare, quantaque alacritate animi præliorum adire pericula ſoleas? quam fortiter in iis te geras? Si litterarum, & ejus linguæ cognitio, qua Polyænus loquitur: tu vero unicus pæne es ex omni nobilitate Gallica, qui ſtudia Muſarum cum Marte ſerio conjunxiſti: quique ſtudia tua non ad oblectationem animi tantum, quod pleraque hodie nobilitas facere amat: ſed ad graviſſimarum rerum ſcientiam, & ad ſcrutanda religionis myſteria retuliſti. Cujus quidem elegantiſſima, & graviſſima ſcripta eruditiſſimi quique ſtudioſe, nec ſine admiratione reconditæ cujuſdam doctrinæ, legunt. Taceo ſingularem prudentiam tuam, quæ pari cum charitate patriæ conjuncta, in omnibus tuis ſapientiſſimis conſiliis elucescit. Taceo reliquas virtutes tuas, quibus ita te præſtantem natura finxit, ut omnium, etiam invidorum, judicio, paucos noſtra hæc ætas ferat, qui tecum comparari poſſint: neminem qui tibi jure queat in contentione virtutis anteponi. Macte animi Vir Maxime: hæc vera, hæc germana eſt nobilitas, qua mortales in his terris ad cæleſtium naturam quam proxime accedunt: hæc vera via, qua in cælum & ad aſtra poſt hanc vitam itur. Quod ſupereſt, peto a te etiam atque etiam, ut munuſculum hoc, dignitati quidem tuæ longe impar, ſed ab eo profectum qui tuas virtutes eximias omnium maxime admiretur, hilari vultu pro tua humanitate accipias. Hoc ſi me a te impetrare ſiveris, cum mei me voti compotem reddideris, tum etiam effeceris, ut ego tua auctoritate confirmatus, nullius obtrectatoris calumniam poſthac extimeſcam. Vale. Ex muſeo noſtro, Kal. Decemb. CIↃ. IↃ. LXXXVIII.

LE-

LECTORI CANDIDO.

Polyænum *Macedonem ſcriptorem antiquum & elegantem, noſtro tandem beneficio, benevole lector, habes: beneficio, inquam, noſtro: qui etſi in privatos uſus magno ære eum nobis comparaveramus, tamen quum haud æquo animo pateremur, tam eleganti ſcriptore tamdiu te carere, libenter fecimus ut occaſionem hanc bene de tuis ſtudiis merendi arriperemus, & præclarum ſcriptorem primi omnium in vulgus edere occuparemus. Ecce igitur eum tibi, non noſtra tantum liberalitate e tenebris erutum: ſed noſtra etiam induſtria haud mediocriter adjutum. Nam qui nobis ita ἐλλιϛβρύων fuiſſet traditus, ut nec pes in eo, nec caput, nec ulla totius corporis pars ſana ſupereſſet: eum nos tibi exhibemus vulneribus pæne infinitis aut ſanatis, aut certe obligatis, pulchriorem multo, & longe ſuaviorem quam nos ſimus eum experti. In quo recenſendo non dicam quantum nobis fuerit laboris ſuſtinendum: hoc certe fuit nobis iſte labor, etſi paucorum admodum dierum, moleſtior, quod ita primum ad eum acceſſeramus, quaſi animum caſu miſerrimæ patriæ mœſtum, & curis confectum, voluptate aliqua recreaturi, non nova ulla cura eſſemus cruciaturi. Semel tamen ſuſceptum negotium, qua potuimus induſtria, diligentia haud mediocri, fide vero maxima, geſſimus, curavimus, confecimus. Multa nos ſuo loco ab imperitis librariis mota in ſuas ſedes revocavimus, multa confuſa quæ erant diſtinximus, multa corrupta emendavimus. multa dico? imo pæne omnia: nam quid noſter Codex habuit aut non diſtortum, aut non luxatum, aut accepto vulnere aliquo non aſpectu fœdum? adeo nihil Polyæno noſtro adverſus vim & injuriam librariorum ſua ſtratagemata profuerant. Diceres ex Allienſi aut Variana clade eum effugiſſe. Porro quæ videbantur ancipitis eſſe emendationis, nec facile ex veſtigiis litterarum poſſe emendari, aut omnino etiam ſine meliori libro non poſſe, ea nos in Notarum libellum retulimus: ubi quid nobis de iis videretur, breviter, ut oportuit, & ſine ulla ambitione expoſuimus: aliis etiam ſcriptoribus non raro lucem attulimus, prout eorum loci mendo aliquo in ſimili hiſtoria affecti, ſponte ſua ſe nobis offerebant. Unum adhuc reſtabat: ut cujus nomine λύτρα pependiſſemus, cujus etiam vulnera maxima ex parte ſanaſſemus, eidem in publicum prodituro, veſtem quoque novam, hoc eſt, Latinam interpretationem daremus: quod etſi nobis haud ita difficile fuiſſet præſtare, tamen qui & otio omnium minime abundaremus, & ſciremus χρόνον eſſe ἀνάλωμα πολυτελέςατον, Polyænum juſſimus hac noſtra liberalitate eſſe contentum: ne nobis bonæ horæ, quas aliis ſtudiis deſtinamus, in eo negotio perirent: & ne multis, quibus magnum hoc videbitur, occaſionem præriperemus laudis parandæ ex nova eius verſione: aut, ſi malint, ex Vultejanæ interpretatio-*

nis emendatione. Mihi nunquam hoc fuit propoſitum, ut ex librorum Græcorum, hiſtoricorum præſertim, verſione in Latinum ſermonem, multo minus ex earum verſionum, quæ ab aliis eſſent profectæ, emendatione nomen mihi parerem: quod neque admodum arduum fuit nobis, quoties libuit experiri, neque palmarium unquam judicavimus, aut dignam omnino rem, in qua, quod ſupereſt nobis ex graviſſimis noſtris occupationibus otii, collocaremus. Quare deſinant obſecro doctiſſimi viri de nobis conqueri, quod ſuperiore anno quum Strabonem noſtrum ederemus, peccata interpretis non ſimus ſigillatim omnia perſecuti: qui ſi factum id ita interpretantur, quaſi non eſſent illa a nobis animadverſa, næ illi nos non norunt: qui profecto ſi id egiſſemus, & quæ illi notant, & alia quamplurima, quæ non omnes fortaſſe vident, notare nullo negotio potuiſſemus. Sed num quæſo inique faciunt, qui plus a nobis exigunt, quam nos polliceamur? Emendare enim & commentari Strabonem fuit nobis propoſitum: non interpretis peccata notare: quod ſi quando a nobis factum (& factum ſane, cum ante in Strabone, tum in Polyæno nunc,) alia cauſa fuit: nempe ſi quid ea res faceret ad lectionis veritatem. Jam quod alio loco iidem ſummi viri annotationem quandam noſtram ad quartum Strabonis tot machinis labefactare conantur: niſi tamen aliud proferant, nunquam conſequentur, ut in ea vel unicum apicem cenſeam mutandum. Ipſi ſane ſi totam illam noſtram annotatiunculam perlegiſſent, non commiſiſſent, ut qui omnia in iis admirer, candorem tamen in hac ipſorum reſponſione deſiderare poſſem. Sed hæc pluribus alias. At moroſos iſtos (non jam te alloquor magne Belga) & iniquos alienæ induſtriæ æſtimatores, nunquam tanti faciam, ut reſponſione dignos putem. Scilicet urit eos, quod nos ea ætate (vix dum enim vigeſimum octavum ætatis annum eramus ingreſſi quum Strabonem edidimus) conati ſimus palmam illis præripere, ad quam ipſi per tot luſtra ac decadas annorum contendebant. Atqui, quod eos magis etiam urat, ſi Deus fautor unicus ſtudiorum noſtrorum, vitam & otium ſuppeditet, faciemus profecto, ut intelligant, nos ad poliendum & perficiendum opus, quod temporum iniquitas nobis invitis extorſit, eorum opem non admodum deſiderare. Redeo ad Polyænum: in cujus verſione ſi quid mutatum reperies, (reperies autem multa) id omne Joanni Tornæſio noſtro acceptum feres: qui quicquid typis ſuis mandat, id ut quam emendatiſſimum, &, quantum in ipſo eſt, omnibus numeris abſolutum exeat, eniti ſolet. Nobis ſatis fuit, ex cimeliis noſtris depromptum auctorem, qui uſque adhuc latuerat, candide tecum communicare: & eum quidem, quoad eius fieri potuit, quam emendatiſſimum. Tu lector, ſi æquus es, factum noſtrum, (etiam ſi quid a nobis in hoc negotio admiſſum fuerit) bene interpretaberis, & muneris noſtri editioni favebis: vel eo ſaltem nomine, ut ad reliqua evulganda, quæ penes nos ſunt, reddas nos alacriores. Quod ſi aut ab ingenio, aut ab otio, aut a libris melius es inſtructus, age, curriculum ingredere: reperies ἀνταγωνιστὴν, qui ſuperari in hoc certamine adeo non moleſte ferat, ut etiam optet. Tu modo ne tibi, ne nobis deſis: en lampada tibi trado. Vale. Ex muſeo noſtro Kal. Decemb. CIↃ. IↃ. LXXXVIII.

IN

IN

POLYÆNUM STRATAGEMATUM

Scriptorem Græcum, Is. CASAUBONI *ope ex tenebris in lucem editum*,

CARMEN.

Unde nunc Græcus ſupetas reviſit
Redditus luci Polyænus auras?
Unde cuſtodem Stygii fefellit
Liminis atrum?
Ecce pallentes Erebi tenebras
Artium fugit veterum peritus,
Quas duces olim docuit ſuperbis
Clarus in aulis.
Vel redit tandem miſerante parca
Perpetes doctæ gemitus catervæ,
Et tuos, Grajis CASABONE Muſis
Grate labores.
Sic lyra dulcem modulante triſti
Næniam, juſtiſque Hecaten querelis
Movit, & charam Eurydicen recepit
Thracius Orpheus.
Fallor: haud nigras Acherontis ante
Mortuus vidit Polyænus umbras.
Ter trium mitis vetat interire
Turba Sororum
Laude quos virtus decorat perenni,
Quos beant vires genii benignæ,
Et quibus ſemper virides opacant
Tempora lauri.
Sed diu cæcis latitans cavernis
Pavit ignotus tineas inertes,
Et ſitum triſtem tulit indecoro
Pulvere tectus:
Sæculi quum Barbaries prioris
Artibus movit fera bella claris,
Et furens totum voluit per orbem
Perdere Muſas.
Ille tam ſævi metuens pericli,
Abditus clauſtris latitaret uſque,
Et putri turpes carie puderet
Tollere vultus:
Sed tuis tandem CASABONE prodit
Sumptibus liber, tetricoſque linquens
Carceres, docti nitet expolitus
Pumicis arte.

Nunc ducum Graja memorare voce
Bellicas laudes, ſimul & doloſi
Abditos ſenſus reſerare Martis
Te duce geſtit.
Perge ſic claræ veterum libellos,
Quos ſitus ſqualens premit, & tenebræ
Nunc tegunt denſæ, retinentque vincla,
Reddere luci.
Sic tibi Muſæ faveant benignæ,
Sic placens te Phœbus amet, tuique
Poſtera ſemper niteant labores,
Laude recentes.

JOANNES JACOMOTUS BARRENSIS.

AD IS. CASAUBONUM SUUM,

de Polyæno poſt Strabonem Græce nunc primum ab eo edito.

Armatos inter Gradivi patris alumnos
Muſarum paſſim muta corona ſilet:
Arma tamen chartis jungens POLYÆNUS, in armis
Efficit ut mediis Muſa canora ſonet.
Quæque prius tacuit, loquitur nunc, inter & arma
Effundit Grajos Auſonioſque ſonos.
Hoc tu, ISAACE, facis: lucemque dediſſe Straboni
Non ſatis eſt, mutis das ſimul eloquium.

A. FAYUS.

IN POLYÆNUM.

Ἑλλαδικῶν Χαρίτων τὸ * .... κλέος ὤλεσεν αἰὼν
Βαρβαρικῆς ἐφόδου συχνὰ ἐπερχομένης.
Ἔμπης ἐν βιβλίοις κεῖται πάνθ' ὅσσα ἔρεξαν
Ῥωμαίων υἷες, καὶ Δαναοὶ μάκαρες.
Πάντα δ' ἐν ταύτῃ τῇ δέλτῳ ὄλβιε εὑρεῖς
Ἔργματα Ῥωμαίων, καὶ Δαναῶν καμάτους.

* Deeſt πάλαι, aut καλὸν, vel πρὶν.

IDEM,

INTERPRETE JO. HESYCHIO.

Græcarum laudem Charitum deperdidit ævum,
Barbarie numero corripiente gradum.
Attamen in libris latet hoc, quodcunque patrarunt
Seu geniti Æneadum ſanguine, ſeu Danaum.
Quin, o, repperies, felix, parvo omnia libro,
Romaque quæ fecit, Græcia quæque tulit.

Τὸν

ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.

Hæc inſunt in primo libro

POLYAENI STRATAGEMATUM.

Bacchus, ſtratag.	3	Διόνυσος, στρατηγήματα	γ
Pan	1	Πᾶν	α
Hercules	5	Ἡρακλῆς	ε
Theſeus	1	Θησεὺς	α
Demophon	1	Δημοφῶν	α
Creſphontes	1	Κρεσφόντης	α
Cypſelus	1	Κύψελος	α
Helnes	1	Ἕλνης	α
Temenus	1	Τήμενος	α
Procles	1	Προκλῆς	α
Acues	1	Ἀκούης	α
Theſſalus	1	Θεσσαλὸς	α
Menelaus	1	Μενέλαος	α
Cleomenes	1	Κλεομένης	α
Polydorus	1	Πολύδωρος	α
Lycurgus	3	Λυκοῦργος	γ
Tyrtæus	1	Τυρταῖος	α
Codrus	1	Κόδρος	α
Melanthus	1	Μέλανθος	α
Solon	2	Σόλων	β
Piſiſtratus	3	Πεισίστρατος	γ
Ariſtogiton	1	Ἀριστογείτων	α

Πολυ-

Πολυκράτης	β	Polycrates	2
Ἱστιαῖος	α	Iſtiæus	1
Πιττακὸς	α	Pittacus	1
Βίας	α	Bias	1
Γέλων	γ	Gelon	3
Θήρων	β	Theron	2
Ἱέρων	β	Hieron	2
Θεμιστοκλῆς	ζ	Themiſtocles	7
Ἀριστείδης	α	Ariſtides	1
Λεωνίδας	γ	Leonidas	3
Λεωτυχίδας	α	Leotychides	1
Κίμων	β	Cimon	2
Μυρωνίδης	β	Myronides	2
Περικλῆς	β	Pericles	2
Κλέων	α	Cleon	1
Βρασίδας	ε	Braſidas	5
Νικίας	δ	Nicias	4
Ἀλκιβιάδης	θ	Alcibiades	9
Ἀρχίδαμος	ε	Archidamus	5
Γύλιππος	β	Gylippus	2
Ἑρμοκράτης	β	Hermocrates	2
Ἐτεόνικος	α	Eteonicus	1
Λύσανδρος	ε	Lyſander	5
Ἆγις	α	Agis	1
Θράσυλλος	β	Thraſyllus	2
Κόνων	ε	Conon	5
Ξενοφῶν	δ	Xenophon	4

Τέλος τοῦ πίνακος.

ΠΟΛΥ-

ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ

ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ

βιβλίον πρῶτον.

POLYAENI

STRATAGEMATUM

LIBER PRIMUS.

Juſto Vultejo interprete.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Victoriam contra Perſas ac Parthos, ſanctiſſimi

Τὴν μὲν κατὰ Περσῶν καὶ Παρθυαίων νίκην, ἱερώτατοι βασι-

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ α τῶν Πολυαίνου Στρατηγημάτων.] Ita repoſui ubique ex codice Florentino: & ſic reperiſſe videtur Interpres in illo, ſive illis, quibus uſus eſt. Ante legebatur: Τῶν τοῦ σοφωτάτου Πολυαίνου Στρατηγηματικῶν βιβλίων ὀκτὼ, πίναξ τοῦ α. In codice Florentino ſequentia hæc ex Indice nomina non conſpiciuntur, qualia ſunt: Ἀίαντος, Κλεομβρότης, Κόδρος, Πολυκράτης, Πιττακὸς, Βίας, Θήρων, & Γέρων.

Κλέων α] Inter hunc & Βρασίδαν locat Florent. Θεόδωρος α. Male: eſt quippe unius ſtrategema.

1 Πολυαίνου στρατηγημάτων ἐκ τῶν αὐτοῦ βιβλίων ποιηθέντων ὀκτὼ τὸ πρῶτον] Hæc eſt lectio quam in noſtro codice reperimus. Ubi diſertè αὐτοῦ ſcriptum eſt. Videtur verò hæc ἐπιγραφὴ non à Polyæno, ſed ab aliquo recentiore Græco, qui hos libros tranſcriberet, ita fuiſſe concepta. Confundit enim recens Ἑλλὰς uſum duorum caſuum, ſecundi ac tertii: ut millies in eorum ſcriptis, quæ penes nos ſunt, obſervavimus. Polyæni autem & eorum, qui puriùs loquuntur, conſuetudo, αὐτῷ magis probaret: &, ἐκ τῶν αὐτῷ ποιηθέντων ὀκτὼ βιβ. potius quàm ἐκ αὐτοῦ βιβλ. ποιηθ. ὀκτὼ. *Caſaubonus.*

Πολυαίνου Στρατηγημάτων βιβλίον πρῶτον] Ita reſtitui ex Cantabrigienſi & Interprete. Vulgata: Πολυαίνου Στρατηγημάτων ἐκ τῶν αὐτοῦ βιβλίων ποιηθέντων ὀκτὼ πρῶτον. In Florent. legitur: Πολυαίνου Στρατηγικά. Cantabrigienſis quoque pro Στρατηγημάτων habet Στρατηγικῶν, non ſolum hic, ſed ante ſingulos libros: quo nomine citatur etiam hoc opus Anony-

βασιλεῖς Ἀντωνῖνε καὶ Οὐῆρε, παρὰ τῶν θεῶν ἕξετε, καὶ παρὰ τῆς [3] ὑμετέρας ἀρετῆς, καὶ παρὰ τῆς Ῥωμαίων ἀνδρείας, μεθ' ὧν αἰεὶ, καὶ πάλαι, καὶ νῦν εἰώθατε νικᾷν τοὺς ὑπάρχοντας πολέμους, καὶ μάχας· ἐγὼ δὲ Μακεδὼν ἀνὴρ, ἔχων πάτριον τὸ κρατεῖν Περσῶν πολεμούντων δύναμαι, οὐκ [4] ἀσύμβολος

imperatores Antonine & Vere, Dii vobis præſtabunt, & veſtra virtus, ac Romanorum fortitudo, cum quibus ſemper tum præterita, tum etiam præſentia bella, prœliaque fœliciter confeciſtis. Ego verò natione Macedo, cui à majoribus quaſi permanus traditum eſt, ſuperare

ὑμῖν

nonymo De Incredibilibus cap. XI. περὶ Πανός· (quod ex Noſtro deſcriptum) Φησὶ Πολύαινος ἐν τοῖς Στρατηγικοῖς, ὅτι πρῶτος οὗτος τάξιν εὗρε. Adeo ut duplex videatur hujus libri titulus, Στρατηγικὰ, & Στρατηγήματα, vel ab ipſo Auctore, vel ab aliis: cum enim utrumque nomen operi conveniat, Polyænus videri poteſt dubitaſſe, quo potiſſimum nomine illud indigitaret, & nunc illud dixiſſe Στρατηγήματα, nunc Στρατηγικά. Dicit enim paullo poſt: τῆς στρατηγικῆς ἐπιστήμης ἐφόδια ταυτὶ προσφέρω. Similiter in titulo operis ſui variatum Solino, qui priorem editionem COLLECTANEA RERUM MEMORABILIUM inſcripſit; poſteriori vero titulum dedit, POLYHISTOR. unde etiam utroque nomine Veteribus laudatur. De quo vide Salmaſium in Plinianis Exercit. Similis varietas conſpicitur apud Veteres in titulo Palæphati, Περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν. Titulum tamen Polyæni, qui erat in edito, retinui, quia vulgata in ſingulorum librorum præfationibus ſcriptura, qua Auctor dicit ſe Στρατηγήματα Imperatoribus, Antonino & Vero, offerre, MSS. auctoritate firmetur. Quæ autem ſit differentia inter Στρατηγικὰ & Στρατηγήματα, diſce ex Frontino lib. IV. in præfat.

2 Παρθυαίων] Cantabr. Παρθυέων, ſed vulgata alibi reperitur: Παρθυαῖς dubito an extet.

3 Ὑμετέρας ἀρετῆς] Vulgata, errore, ut videtur, typorum, ἡμετέρας. Cantabr. pro ἀρετῆς, legit, ἀρχῆς. Male: ut enim Auctor ait: νίκην παρὰ τῶν θεῶν ἕξετε, καὶ παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς, καὶ παρὰ τῆς Ῥωμαίων ἀνδρείας, ſimiliter *Camillus* apud Livium lib. V. cap. 20. ſcripſit Senatui: *Deum immortalium benignitate, ſuis conſiliis, & patientia militum, Vejos jam fore in poteſtate populi Romani, quid de præda faciendum cenſerent. Adherbal* apud Salluſtium Bello Jugurth. cap. 14. *Virtute, ac diis volentibus, magni eſtis & opulenti.*

4 Ἀσύμβολος] Cantabr. ἀσύμβουλος, ſed Vulgata recte: eſt enim ἀσύμβολος proprie, qui nihil ad ἔρανον, ſive δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν confert, Euſtathius ad Homerum, Iliad. Π. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἀπὸ συμβολῆς δειπνεῖν, ἐκ κοινοῦ Ἡσίοδος ἔφη. ἔστι δὲ τοιοῦτον ὁ ἔρανος, ἐν ᾧ συμβάλλει ἕκαστος τὸ πρὸς ἰσχύος εἰς χρείαν συνδείπνου συμβολιμαίου. ὡς ὅγε μὴ τοιοῦτος ἀσύμβολος

Perſas belligerando poſſe, non prorſus immunis & inutilis in præſenti tempore vobis eſſe conſtitui. Quòd ſi mihi corpus vigeret, militem etiam me alacrem & obedientem præberem, & Macedonico robore uterer: poſtquam verò me jam ætate confectum eſſe cernitis, tamen non committam, ut expers omnino militiæ relinquar. Sed hæc ſubſidia rei militaris adfero, quibus Stratage-

ὑμῖν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ γενέσθαι βούλομαι. ἀλλ' εἰ μὲν ἤκμαζέ μοι τὸ σῶμα, καὶ στρατιώτης πρόθυμος ἂν ἐγενόμην Μακεδονικῇ ῥώμῃ χρώμενος. ἐπεὶ δέ μοι προήκουσαν τὴν ἡλικίαν ὁρᾶτε, οὐ μὴν οὐδὲ νῦν ἀστράτευτος παντάπασιν ἀπολειφθήσομαι· ἀλλὰ τῆς στρατηγικῆς ἐπιστήμης ἐφόδια ταυτὶ προσφέρω, ὅσα τῆς πάλαι γέγονε στρατηγήματα, [5] ὑμῖν τε αὐτοῖς πολλὴν ἐμπει-

λος ἐλέγετο διὰ τὸ δωρεὰν δειπνεῖσθαι καὶ ἀδαπάνως. Verum inde eleganter transfertur ad res animi. Idem Euſtathius ad Iliad. Ξ. Λέγεται δὲ ξυμβαλέσθαι, καὶ τὸ λυσιτελῆσαι. ὅθεν ἀσύμβολος, ὁ εἰς μηδὲν χρήσιμος. & ad Odyſſ. Α. Ἀνὴρ ἀσύμβολος παρὰ τῷ Ἀφροδισιεῖ Ἀλεξάνδρῳ, οἱονεὶ δυσσύνετος, καὶ ἀπαίδευτος. ἢ καὶ ἄλλως ὁ ἀσυντελής· ἐκ τοῦ συμβάλλεσθαι τὸ εἰς ἀτέλειαν. Proverbii locum apud Latinos qnoque obtinuiſſe innuit Gellius lib. VI. cap. 13. *Cum domum ſuam nos vocaret, (Taurus) ne omnino, ut dicitur, aſymboli veniremus, conjectabamus ad coenulam non cupedias ciborum, ſed argutias quæſtionum.* Componitur vox ἀσύμβολος ex α & συμβολὴ, quæ notat collationem eraniſtæ ad convivium; non vero ex α & σύμβολον, quæ anulum, vel quidvis arrhæ loco ſolitum dari ei ſodalium, qui jubebatur cœnam parare, ut docet Caſaubonus ad Athenæum lib. III. Cui addo alium ejuſdem locum e lib. VIII. Μήποτε δὲ τοῦτ' ἔστιν τὸ ἀπὸ συμβολῶν καλούμενον; τίνες δ' εἰσὶν αἱ συμβολαὶ αὐτὸς Ἄλεξις ἐν Μανδραγοριζομένῃ σημαίνει διὰ τούτων,

Ἥξω φέρουσα συμβολὰς τοίνυν ἅμα.
Πῶς συμβολάς; τὰς ταινίας οἱ Χαλκιδεῖς,
Καὶ τοὺς ἀλαβάστους συμβολὰς καλοῦσι γραῦ.

Ἀργεῖοι δ', ὥς ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησιν Ἡγήσανδρος χῶν ἐκάλουν. γελοῖος δ' οὗτος, τὴν συμβολήν. τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερομένην Ἀργεῖοι χῶν καλοῦσι· τὴν δὲ μερίδα αἶσαν. Leviter in hac voce corruptus Pollux lib. VI. cap. 1. in quo pro συμβόλων legendum συμβολῶν, hoc modo: ἀσύμβολοι, ἀπὸ συμβολῶν. Videndus denique de hac voce Henr. Stephanus De Abuſu linguæ Græcæ cap 1.

5 Ὑμῖν τε καὶ αὐτοῖς πολλὴν ἐμπειρίαν παλαιῶν ἔργων] Deeſt aliquid manifeſto, puta, παρέξοντα, aut tale quid, *Caſaubonus.*

Ὑμῖν τε αὐτοῖς] Ita lego cum MSS. eodem modo loquitur Auctor infra

ἐμπειρίαν παλαιῶν ἔργων, [6] τοῖς τε ὑφ' ὑμῶν πεμπομένοις πολεμάρχοις, ἢ στρατηγοῖς, ἢ μυριάρχοις ἢ χιλιάρχοις, ἢ ἑξακοσιάρχοις, [7] ἢ ὅσαι ἄλλαι ὁπλιτῶν ἀρχαὶ, διδασκομένοις ἀρχαίων κατορθωμάτων ἀρετὰς καὶ τέχνας. ἀνδρεία μὲν γὰρ, [8] ὅς τις ἀλκῇ χρησάμενος πολεμίων μαχομένων ἐκράτησεν· εὐβουλία δὲ, ἀμαχεὶ τέχνῃ καὶ δόλῳ [9] περιγενέσθαι. [10] ὡς ἔστι πρώ-

matis veteres uſi ſunt, quæ copioſam ſcientiam rerum priſcis temporibus geſtarum, tum vobis ipſis ſuppeditent, tum etiam miſſis per vos belli principibus ſeu ducibus, ſeu myriarchis, ſeu millenariis, ſeu ſexcenturionibus, ſeu quæcumque alia ſunt officia bellica, cum perſpicient veterum conſiliorum & eventuum virtutes atque artes. Fortitudo enim eſt, ſi quis robore pugnantes hoſtes devin-

τη

in procemio lib. VII. Vulgata: ὑμῖν τε καὶ αὐτοῖς.

Πολλὴν ἐμπειρίαν, &c.] Videtur appoſitio, & reſpici ἐφόδια, ut verba, ὅσα τῶν πάλαι γέγονε στρατηγήματα ſint in parentheſi. Sic infra hoc libro cap. 1, exemp. 1. Τὴν δὲ τρίτην ἐκάλεσε Μηρὸν, τῆς δὲ αὐτοῦ γενέσεως ὑπομνήματα. & cap. 7. Ξένια παρ' ἡμῶν τὴν ὀπώραν ἔχειν. & alibi.

6 Τοῖς τε ὑφ' ἡμῶν πεπονημένοις.] Scriptum erat vel ſic, vel πεποιημένοις. Prorſus male. Vera lectio πεμπομένοις, ut in præfatione libri ſeptimi ubi locus eſt huic ſimillimus. Sic quoque Interpretis codices. *Caſaubonus.*

Ὑπὸ ὑμῶν πεμπομένοις.] Sic edidi cum MSS. & Interprete, aſſentiente quoque Caſaubono. Ante legebatur: ὑφ' ὑμῶν πεποιημένοις. Florent. pro ὑμῶν, ἡμῶν. Lectionem Codicum firmat locus Auctoris ſimilis lib. VII. in præfat. Ὡς τε αὐτοί τε ὑμῖν αὐτοῖς ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ τοῖς ὑπὸ ὑμῶν πεμπομένοις πολεμάρχοις, ὀρθῶς ἂν διαγγέλλοιτε μὴ καταφρονεῖν ὡς ἀνοήτων.

7 Ἢ ὅσαι ἄλλαι ὁπλιτῶν ἀρχαί.] Si ita ſcripſit, ὁπλίτας appellat non eos tantùm qui ſic proprie appellantur, quibus opponuntur velites οἱ ψιλοί. ſed generaliter omnes qui verſantur in caſtris, & circa τὰ ὅπλα. *Caſaubonus.*

Ἢ ὅσαι ἄλλαι ὁπλίτων ἀρχαί.] Uterque Codex: ἢ ὅσαι ἄλλων ὅπλων ἀρχ.

8 Ὅς τις χρησάμενος πολεμίων μαχομένων ἐκράτησεν.] Deeſt verbum hic quoque. Legere potes ὅς τις βίᾳ χρησ. vel ῥώμῃ cum Interprete. *Caſaubonus.*

Ὅς τις ἀλκῇ χρησάμενος.] Vocem ἀλκῇ ex MSS. ſupplevi, cum quibus conſentit Interpres.

9 Περιγενέσθαι] Uterque Codex: περιγίγνεσθαι.

10 Ὡς ἔστι προσόντα δεινῶν στρατηγῶν ὅσα.] Vegetius libro tertio cap. nono penè ad verbum, *Boni duces*, inquit, *non aperto marte prælium, in quo eſt commune periculum, ſed ex occulto ſemper attentant: ut integris ſuis quantos poſſint hoſtes interimant certè vel terreant.* Caſaubonus.

11 Ἐν

cit: conſilium verò, extra prælium arte atque dolo victoriam adipiſci. Prima enim eſt egregiorum ducum ſapientia, victoriam ſine periculo comparare. Optimum verò eſt, etiam in ipſa acie quiddam machinari, ut conſilio præveniente finem prælii, victoria paretur. Id mihi etiam Homerus conſulere videtur: Cum enim ſæpenumero dicat, *ſeu dolo, ſeu vi,* nihil aliud præcipit, quàm artibus & ſtratagematis adverſus hoſtes uti: ſin hàc non ſuccedat, tùm verò corporum vi ac robore periclitandum eſſe.

Primus igitur inter Græcos fallaciis ac dolo uſus eſſe dicitur Siſyphus, Aeoli filius. Teſtis eſt Homerus:

τῇ δεινῶν στρατηγῶν σοφίᾳ, κτᾶσθαι τὴν νίκην ἀκίνδυνον. ἄριστον δὲ καὶ τὸ [11] ἐν αὐτῇ τῇ παρατάξει μηχανᾶσθαι, ὅπως ἂν ἡ γνώμη τὸ κρατεῖν ἐπισπάσαιτο, προλαβοῦσα τὸ τέλος τῆς μάχης. [12] Δοκεῖ δ' ἐμοί γε ταῦτα [13] συμβουλεύειν καὶ Ὅμηρος· ὅταν γὰρ πολλάκις ᾄδῃ, ἢ δόλῳ ἠὲ βίηφι, ἄλλως οὐ παραγγέλλει, ἢ τέχναις καὶ στρατηγήμασι χρῆσθαι [14] κατὰ τῶν πολεμίων [15] εἰ δὲ μεῖον ἐν τούτοις ἔχοις, τηνικάδε τῇ βίᾳ τῶν σωμάτων ἀποκινδυνευτέον.

[16] Πρῶτος μὲν τοίνυν ἐν τοῖς Ἕλλησιν [17] ἀπάτῃ καὶ δόλῳ χρήσασθαι λέγεται Σίσυφος ὁ Αἰόλου· [18] μαρτυρεῖ καὶ Ὅμηρος. [19] Ἔν-

11 Ἐν αὐτῇ τῇ παρατάξει.] Ita ſcribi curavimus ex MSS. cum quibus convenire videtur Interpres: quamquam & vox πράξεις, quæ eſt in Vulgata, eleganter huic loco conveniat.

12 Δοκεῖ δ' ἐμοί γε.] Ita lego cum Florent. Ante: δοκεῖ δὲ μοί γε.

13 Συμβουλεύειν καὶ Ὅμηρος.] Sic MSS. & Interpres. Vulgata abſque copula.

14 Κατὰ τῶν πολ.] Cod. κατὰ τὴν. *Cauſaubonus.*

15 Εἰ δὲ ἐν τούτοις ἔχεις.] Imo ἴσα ἔχεις, ut videatur eſſe legendum εἰ δ' οὐ τούτοις ἔχεις, nimirum χρῆσθαι. Interpres tamen aliter legiſſe videtur. *Caſaubonus.*

Εἰ δὲ μεῖον ἐν τούτοις ἔχοις.]. Vocem μεῖον ex MSS. ſupplevi: in Vulgata quoque erat ἔχεις.

16 Πρῶτος μὲν &c.] Ante hæc verba Cantabr. tituli loco habet: Τίνες δόλοις ἐχρήσαντο.

17 Ἀπάτῃ καὶ δόλῳ χρήσασθαι.] Voces καὶ δόλῳ cum MSS. & Interprete addidi.

18 Μαρτυρεῖ καὶ Ὅμηρος.] Pro δὲ, quod erat in Edito, cum MSS. repoſui καί.

19 Ἔνθαδε Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν. Δεύτερος δὲ τὸ ἀπατηλὸν ἐζήλωσεν Αὐτόλυκος ὁ Ἑρμοῦ, κλέπτων· καὶ τοῦτο πάλιν αὖ μαρτυρεῖ Ὅμηρος.

20 Παρνησόν δ' ἐλθόντα μετ' Αὐτόλυκόν τε καὶ υἷας Μητρὸς ἑῆς πατέρ' ἐσθλὸν, 21 ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο

Κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε· θεὸς δέ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν Ἑρμείας.

Ἐγὼ δὲ καὶ Πρωτέα τὸν μεταβαλλόμενον εἰς παντοδαπὰ ζῶα καὶ δένδρα, ἡγοῦμαι 22 ζῶα μὲν καὶ δένδρα οὐκ ἄν ποτε γενέσθαι· τὰς μεταβολὰς δὲ αὐτοῦ τῶν τεχνασμάτων ἐμυθοποίησεν Ὅμηρος, 23 ὡς δεινὸν κρατεῖν ἀπάτῃ ὧν ἂν βούλοιτο· τόν γε μὴν 24 Ὀδυσσῆα ἴσμεν καὶ ἀλαζονευόμενον τῇ σοφίᾳ τοῦ δόλου.

Ibi erat Siſyphus, qui verſutiſſimus fuit mortalium. Secundus verò decipiendi ſtudium ſecutus eſt Autolycus Mercurii filius, in furtis. Et id quoque teſtatum facit Homerus:

Quum veniſſet ad Parnaſum, ad Autolicum & filios.

Matris ſuæ patrem bonum, qui homines ſuperabat

Fraudeque, juramentoque: idque ei deus dederat Mercurius.

Ego verò etiam Proteum in omne genus animalia atque arbores mutari ſolitum, opinor in animalia ac arbores nunquam evaſiſſe: ſed ejus fallaciarum commutationes in fabulam redegit Homerus, quòd dolis potuerit ſuperare quemcumque vellet. Ulyſſem verò etiam gloriari doli ſollertia ſcimus.

Εἶμ'

19 Ἔνθαδε Σίσυφος] Uterque Codex male ex præcedente voce repetit δέ. Locus Homeri eſt Iliad. Z. Pro ὃ κέρδιστος Florent. contra metrum ὅς.

20 Παρνησόν δ'] Ita Florent niſi quod in eo Παρνασσὸν duplici σ, & Homerus Odyſſ. T. Vulgata Παρνησόν τ'.

21 Ἀνθρώπους ἐκέκαστο] Ita repoſui ex MSS. & editis Homeri. Vulgata: ἀνθρώποισι κέκαστο.

22 Ζῶα μὲν καὶ δένδρα] Vocem πολλά, quæ in Vulgata inter μὲν & καὶ legebatur, cum Florent. & Interprete expunximus.

23 Ὡς δεινὸν κρατεῖν ἀπάτῃ] Lego δεινοῦ. videlicet ὄντος. *Caſaubonus.*

24 Ὀδυσσῆα ἴσμεν καὶ ἀλαζ] Copulam cum MSS & Interprete inſerui. Cantabr. Ὀδυσσέα.

25 Ἤπ-

Sum Ulyſſes Laërtiades, qui propter omne genus dolorum

Hominibus innotui: & mea gloria ad cælum pervenit.

Heroës etiam victoriam ei acceptam retulerunt,

Tuo conſilio capta eſt ampla Priami urbs.

Et alibi rurſus alii teſtantur, Ulyſſis *conſilio & induſtria atque arte fallaci* captum eſſe Ilium. Stratagemata verò, quæ uſurpavit adverſus hoſtes, perſæpe celebrat Homerus:

Seipſum plagis indecoris ubi affeciſſet:

transfugiſſe ad hoſtes finxit. Equus etiam ligneus, quem Epeus fabricatus eſt cum Pallade, fuit Ulyſſis ſtratagema. Rectè etiam Nemo, & vinum, torriſque & aries, ſtratagemata poſſunt appellari, contra Cyclopem adhibita. Atque etiam cera ſociorum auribus inuncta, & ipſe rectus ad malum

Εἰμ' Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν

Ἀνθρώποισι μέλω, καὶ μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Οἱ δ' ἥρωες καὶ τὴν νίκην αὐτῷ ἀνῆψαν,

Σῇ δ' ἥλω βουλῇ Πριάμου πόλις εὐρυάγυια.

Καὶ ἀλλαχοῦ ἄλλοι πάλιν αὖ μαρτυροῦσιν ἁλῶναι τὸ Ἴλιον Ὀδυσσέως

Βουλῇ καὶ μύθοισι καὶ [25] ἠπεροπηΐδι τέχνῃ.

τά γε μὴν στρατηγήματα, οἷς κατὰ τῶν πολεμίων ἐχρήσατο, πολλάκις ᾄδει Ὅμηρος·

Αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας.

αὐτομολῆσαι δὴ ὡς τοὺς πολεμίους ὑπεκρίνατο· καὶ τὸν ἵππον δὲ τὸν δουράτεον, τὸν, Ἐπειὸς ποίησεν σὺν Ἀθήνῃ, καὶ τοῦτο στρατήγημα Ὀδυσσέως ἦν. ὀρθῶς δ' ἄν τις καλοῖ καὶ τὸν οὖτιν, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸν δαλὸν, καὶ τὸν κριὸν, στρατηγήματα κατὰ τοῦ

Κύκλωπος· καὶ ὁ κηρὸς δὲ [26] τοῖς ὠσὶ τῶν ἑταίρων ἐναλειφό-

25 Ἠπεροπηΐδι] Cum MSS. pro vulgato ὑπεροπηΐδι.

26 Τοῖς ὠσὶ τῶν ἑταίρων ἐναλειφόμενος] Sic rectè: altera verò lectio. Codd. ἀναλειφόμ. falſa eſt. *Caſaubonus.*

27 Τί

ἀλειφόμενος, καὶ αὐτὸς ὀρθὸς ἐν ἰσοπέδῃ δεσμευόμενος· καὶ ταῦτα ἐκεῖνος ἐστρατήγει κατὰ τῆς ὀλεθρίου μουσικῆς. [27] τί δ' ἂν φαίης τὴν πήραν τοῦ πτωχοῦ; καὶ ὅσα πρὸς Εὔμαιον, ἢ πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐπλάττετο.

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα·

Καὶ μέντοι καὶ Ἴρῳ παλαῖσαι, [28] καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ μεταθεῖναι τὰ ὅπλα τῶν μειρακίων μεθυόντων, ἀπό τε τῶν θυρῶν [29] τὸ τόξον ἐντεῖναι. ἆρ' οὐχὶ πάντα ταῦτα ἦν κατὰ πολεμίων στρατηγήματα; ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἢ ὅσα τοιαῦτα, διδάσκων Ὅμηρος ἀρκείτω. Οἷον δὲ κἀκεῖνο στρατήγημα Ὀδυσσέως οἱ τραγῳδοὶ ᾄδουσι· Παλαμήδην ἐνίκησεν Ὀδυσσεὺς ἐν δικαστηρίῳ τῶν [30] Ἀχαιῶν, ὑποβαλὼν αὐτοῦ [31] τῇ

alligatus : nam & hæc excogitabat contra pernicioſam Muſicam. Quid verò de pera mendici dicas, & quæcumque erga Eumæum, aut Penelopen finxit?

Fingebat falſa multa, veris ſimilia.

Et quid dicam luctatum eſſe cum Iro, & arma juvenum ebriorum è fumo exemiſſe, atque à janua intendiſſe jaculum? An non hæc omnia fuerunt adverſus hoſtes ſtratagemata? Sed hæc, & quæ ſunt hujus generis, docens Homerus ſufficiat. Quale verò etiam illud Ulyſſis ſtratagema deſcribunt Tragici? Palamedem Ulyſſes in judicio Græcorum vicit, ſubjecto in ejus tabernaculo auro barbarico: & ſapientiſſimus ille Græcorum proditionis damnatus eſt

σκη-

27 Τί δ' ἂν φαίης τὴν π.] Lego: τί δ' ἂν φαίη τις τὴν π. aut φαίης. & ita Interpres. *Caſaubonus.*

Τί δ' ἂν φαίης] Ita MSS. & Interpres. Vulgata φαίη.

28 Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ μεταθεῖναι τὰ ὅπλα] Conſule Homerum. Intelliges ſtatim quàm bene iſta Interpres extulerit *Caſaubonus.*

29 Τὸ τόξον] Cantabr. καὶ τόξον.

30 Ἀχαιῶν] Cantabr. ἀρχαίων.

31 Ὑποβαλὼν αὐτοῦ τῇ σκηνῇ] MSS. τὴν σκηνήν.

32 Σωι-

per dolum ac ſtratagema. Sed hæc ſatis docet Tragicorum ſcena. Quas verò ex hiſtoria res militari peritia contra hoſtes aut inimicos geſtas collegi, eas recenſebo, breviter uniuſcujuſque mentionem attingens. Totum verò opus continet octo libros, ſtratagematum nongentorum, initium ducens à Baccho.

σκηνῇ βαρβαρικὸν χρυσίον καὶ ὁ σοφώτατος τῶν Ἑλλήνων ἐκεῖνος ἥλω προδοσίας, δόλῳ καὶ στρατηγήματι. ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν τραγῳδῶν ἱκανὴ διδάσκειν ἡ σκηνή· ὅσα δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἔργα στρατηγίας ἔχοντα κατὰ πολεμίων, ἢ κατὰ ἐχθρῶν [32] συνεξελεξάμην, καὶ δὴ τούτων μεμνήσομαι, σύντομον τὴν [33] παρ' ἑκάστῳ μνήμην ποιούμενος. [34] ἔστι δὲ ἡ πᾶσα σύνταξις, βιβλία ὀκτὼ, στρατηγημάτων ἐννακοσίων, ἔχοντα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Διονύσου.

Τέλος τοῦ Προοιμίου.

[CAP. I.]

BACCHUS. ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

BAcchus cùm adverſus Indos expeditionem faceret, ut eum civitates reciperent, perſpicuis ac

[1] Διόνυσος ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλαύνων, ἵνα δέχοιντο αἱ πόλεις αὐτὸν, [2] ὅπλοις μὲν φανεροῖς τὴν [3] στρατιὰν οὐχ ὥπλι-

32 Συνεξελεξάμην] Ita lego cum Florent. pro συνελεξάμην.

33 Παρ' ἑκάστῳ μνήμην π.] Cum MSS. pro παρ' ἑκάστων.

34 Ἔστι δὲ ἡ πᾶσα σύνταξις βιβλία ὀκτὼ, στρατηγημάτων ἐννακοσίων] Præter lacunam ducum novendecim & ſtrategematum quinque & viginti, quæ eſt libro ſexto, deſiderantur ſtrategemata duò & quadraginta, ut expleatur numerus Auctoris: ſunt enim in univerſum ſtrategemata DCCCXXXIII. Quia autem ſtrategematum numerus libri ſexti & ſeptimi abit nimium à ceteris libris, iis deeſſe putem; in Indice tamen libri quinti ab Auctore duo referuntur duces, quorum ſtrategemata nec ibi notantur, nec in ipſo contextu extant.

Cap. I. 1 Διόνυσος] Ita repoſui ubique cum MSS. Interprete, & Indicibus, qui ſunt ab ipſo Auctore. Vulgata fere ſemper addita præpoſitione περὶ, ut hic, περὶ Διονύσου.

2 Στρατιάν] Cantabr. στρατείαν, neque hoc tantum loco, ſed ubique has voces confundit.

3 Ὅπλοις μὲν φανεροῖς τὴν στρατιὰν οὐχ ὥπλι-

ὤπλισεν·[4] ἐσθῆσι δὲ λεπταῖς καὶ νεβρίσι· δόρατα δὲ κισσῷ πεπυκασμένα· ὁ θύρσος εἶχεν αἰχμήν. κυμβάλοις καὶ τυμπάνοις, οἷς ἐσήμαινεν ἀντὶ σάλπιγγος, [5] καὶ οἴνῳ τοὺς πολεμίους ἰαίνων [6] εἰς

manifeſtis armis exercitum non armavit: ſed veſtimentis exilibus, & pellibus cervinis: haſtas autem hedera cinxit, ſummam cuſpidem occupabat thyrſus. Cymbalis & tympanis, pro tuba ſignum dabat. Et hoſtes vino inebrians, ad ſaltatio-

ὀρχη-

ὤπλισεν· ἐσθῆσι δὲ λεπταῖς καὶ νεβρίσι. δόρατα δὲ κισσῷ πεπυκασμένα. ὁ θύρσος εἶχεν αἰχμήν] Verbum δὲ cum MSS. ſuo loco repoſui, atque ſic interpunxi. Ante: ὅπλοις μὲν φανεροῖς τὴν στρατιὰν οὐχ ὤπλισεν· ἐσθῆσι δὲ λεπταῖς καὶ νεβρίσι δόρατα κισσῷ πεπυκασμένα ὁ θύρσος εἶχεν αἰχμήν κυμβ. Delendum quoque eſt οἷς, quod ſequitur poſt τυμπάνοις, unde ortum videtur. Hinc autem Bacchæ quoque thyrſis hedera cinctis, & occultato ferro diſcurrebant, unde Plutarchus Sympoſiac. lib. 1. Ὡς γὰρ παρ' Εὐριπίδῃ μαινάδες ἄνοπλοι καὶ ἀσίδηροι τοῖς θυρσοφόροις παίουσαι τοὺς ἐπιτιθεμένους τραυματίζουσιν, οὕτω τῶν ἀληθινῶν φιλοσόφων καὶ τὰ σκώμματα, καὶ οἱ γέλωτες τοὺς μὴ παντελῶς ἀτρώτους κινοῦσιν. quod Latine Macrobius lib. VII. Saturn. cap. 1. *Sic autem vitiis irretitos, ſi & hoc in conviviis exegerit loquendi ordo, feriet philoſophia non ſentientes, ut Liber pater thyrſo ferit per obliquationem circumfuſa hedera latente mucrone.* Hinc quoque *nebridibus* cincti, qui Bacchi Sacra obibant. Idem Plutarchus De Fluminibus, in Hebro: Τῶν δὲ Διονυσίων τελουμένων, αὕτη Κιθάρας ἀναδίδωσιν ἦχον. οἱ δὲ ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύρσους κρατοῦντες ὕμνον ᾄδουσιν. Statius lib. II. Thebaidos:

Nebridas & fragiles thyrſos portare putaſtis Imbellem ad ſonitum. Ad quæ verba Lactantius: *Nebridas, pelles damarum, quæ Græce νεβρίδες appellantur, ac per hoc Baccharum indumenta ſignificat, quibus ſacrificiorum tempore uti conſueverunt, ut Virgilius: Pellibus in morem cincti.* De haſtis vero fronde velatis Ovidius lib. 11. Metam.

Ipſe racemiferis frontem circumdatus umbris,
Pampineis agitant velatam frondibus haſtam.

De ſimilibus conſule Petr. Caſtellanum in Dionyſiacis.

4 Ἐσθῆσι δὲ λεπταῖς καὶ νεβρίσι δόρατα] Cod. νεβρίσι. Locus hic non eſt ſanus: ac ne integer quidem: ſed voce aliqua, ut videtur, mutilus. Tu dum certior emendatio ex melioribus libris exſpectatur, lege & diſtingue cum Interprete. *Caſaub.*

5 Καὶ οἴνῳ τοὺς πολεμίους ἰαίνων] Uterque Codex: καὶ οἴνῳ τοὺς πολεμίους γδίων, quod præfero lectioni vulgatæ. Similis conſtructio apud Stephanum Byzant. in Fragm. voce Δώριον: τιμώμενος τοὺς πατέρας. Nihil enim mutandum, quia ſic quoque invenire eſt apud alios; immo & apud Latinos. Tacitus de Moribus German. cap. 15. *Mos eſt civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum.* Ad quem locum plura in utroque ſermone ſuppeditat Vir CL. Joan. Fred. Gronovius.

6 Εἰς ὄρχησιν ἔρρεπεν] Interpres *impulit.* legit ἔτρεπεν. *Caſaub.*

Ἔτρεπεν] Cum MSS. & Interprete. Vulgata ἔρρεπεν.

Ἐδυ-

12 Τιμόθεος ναυμαχεῖν Λακεδαιμονίοις μέλλων] Videtur idem eſſe στρατήγημα, cum eo quod refertur iterùm infra commate duodecimo: Non enim id novum aut inſolens Polyæno, ut jam ante monuimus. Frontinus quoque hoc non omiſit: ejus vero verba ſic leges, ne te vulgati codices decipiant, hac parte mendoſiſſimi: *Timotheus dux Athenienſium, adverſus Lacedæmonios navali acie decertaturus, cum inſtructa claſſis eorum ad pugnandum proceſſiſſet, ex velociſſimis navibus viginti præmiſit quæ omni arte, varioque flexu eluderent hoſtem. Ut primum ſenſit deinde, minus agiliter moveri adverſam partem, progreſſus prælaſſatos facile ſuperavit.* Caſaubonus.

13 Τριηράρχαις] Cant. τριηράρχοις.

14 Ὀλυν-

7 Timotheus volens Olynthiam tranſire, & Olynthiorum equitatum metuens, ab altera parte exercitus in longum quadratum agmen inſtruxit, ſarcinis & equitatu in medium conjecto, curruſque frequentes agens & connexos, armatos circum hos foris circumdedit. Ita ut Olynthii equites equitatione non poſſent uti.

Τιμόθεος τὴν [14] Ὀλυνθίαν βουλόμενος παρελθεῖν, δεδοικὼς τὸ ἱππικὸν τῶν Ὀλυνθίων, ἔταξε τὸ στρατόπεδον [15] εἰς ἑτερομήκες πλινθίον. τὰ μὲν σκευοφόρα, καὶ τὴν ἵππον εἰς τὸ μέσον λαβὼν, τὰς δὲ ἁμάξας πυκνὰς ἄγων, καὶ συνηρτημένας. τοὺς δὲ ὁπλίτας τούτων ἔξωθεν περιβαλὼν, ὥστε τοῖς Ὀλυνθίοις ἱππεῦσιν ἀδύνατος ἦν ἡ ἱππασία.

8 Timotheus apud Amphipolim caſtra ponebat. Nunciavit quidam veſperi, hoſtes adverſus ipſum coire & eum magna multitudine poſtridie aggreſſuros eſſe. Qui militibus hoſtium multitudinem non prædixit, ne terrorem faceret. Sed quaſi aggreſſurus illos paucos, & confuſim agentes, inutilem multitudinem per invia præ-

Τιμόθεος περὶ Ἀμφίπολιν ἐστρατοπέδευεν· ἤγγειλέ τις ἑσπέρας, ἀθροίζεσθαι τοὺς πολεμίους ἐπ' αὐτόν. καὶ ὡς πολλαπλάσιοι τὸ πλῆθος ὄντες τῆς [16] ὑστεραίας ἐπιθήσοιντο· ὁ δὲ τοῖς μὲν στρατιώταις οὐ προεῖπε τῶν πολεμίων τὸ πλῆθος, ἵνα μὴ καταπλαγεῖεν. αὐτὸς δὲ ὡς ἐπιθησόμενος αὐτοῖς ὀλίγοις οὖσι καὶ ἀτάκτοις, τὸ μὲν ἀχρεῖον τοῦ πλή-

14 Ὀλυνθίαν] Fl. Ὀλυμπίαν, quomodo & Codd. Caſauboni. Male. Deinde pro παρελθεῖν, Cant. ἐπανελθεῖν.

15 Εἰς ἑτερομήκες πλινθίον] MSS. ἑτερόμηκες πλ.

16 Τῆς ὑστεραίας] Cant. τῇ ὑστεραίᾳ.

 17 Πρȣ̃.

πλήθους [17] προὔπεμπε διὰ τῶν δυσπόρων, ᾗπερ ἥκιστα οἱ πολέμιοι παραφυλάξειν ἔμελλον· αὐτὸς δὲ τὴν [18] φάλαγγα ἐκίνησε, τοὺς ψιλοὺς τελευταίους ἐπιτάξας. τὰς δὲ τριήρεις ἐν τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πληρῶσαι οὐ δυνηθεὶς, ἐνέπρησεν. καὶ ταῦτα πάντα μιᾷ νυκτὶ πράξας, ἀσφαλῶς ἀνεχώρησεν.

miſit, ubi minime cuſtodiam hoſtes eſſent habituri. Ipſe phalangem movit, in poſtremo levi armatura prædītos conſtituens. Triremes vero in Strymone fluvio cum implere non poſſet, incendio conſumpſit: & his omnibus una nocte perfectis, abſque periculo diſceſſit.

Τιμόθεος ἐπολιόρκει Σάμον, [19] ξενολογήσας στρατιώτας ἑπτακισχιλίους, οἷς οὐκ ἔχων δοῦναι μισθὸν, ἔγκαρπον ὁρῶν τὴν νῆσον, ἐξελὼν χωρίον ἐς προνομὴν, [20] τοὺς ἄλλους καρποὺς ἀποδόμενος, ἀσφάλειαν τοῖς καρπολόγοις παρασχὼν, εὐπορήσας χρημάτων ἀπὸ τούτων μέρος τῶν μισθῶν διανεί-

9 Timotheus oppugnabat Samum, conſcriptis ſeptem millibus mercenariorum: quibus cum perſolvere ſtipendia non poſſet, videns plenam fructibus inſulam eſſe, loco ad prædandum capto, reliquos fructus vendidit, ſecuritate iis qui legerent præſtita: collectiſque hinc affatim pecuniis, partem ſtipendiorum militibus

μας,

17 Προὔπεμπε] Cant. προσέπεμπε.

18 Φάλαγγα] γρ. φυλακὴν. Caſaubonus.

19 Ξενολογήσας] Cum Cant. quomodo in margine Vulgatæ ſcripſerat etiam Caſaubonus, pro vulgato, ξενολογήσας.

20 Τοὺς ἄλλους καρποὺς] MSS. τῶν ἄλλων καρπῶν· & ita quoque Codd Caſauboni. Pro ἀποδιδόμενος, cum MSS. repoſui ἀποδόμενος. & ſic Interpres. Idem Timothei ſtrategema refert Ariſtoteles lib. II. Occonom. addens, cum fructus ipſis Samiis vendidiſſe: Σάμον δὲ πολιορκῶν, τοὺς καρποὺς καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἀπεδίδοτο αὐτοῖς τοῖς Σαμίοις. ὥστε εὐπόρησε χρημάτων εἰς μισθοὺς τοῖς στρατιώταις.

21 Συχνὰ

diſpertivit, atque ſic uſus obſequentioribus & alacrioribus, Samiorum urbem per vim cepit.

10 Timotheus oppugnans Samum, cum multi peregrini appellentes ea quæ oppugnabantur conſumerent, & idcirco caritas eſſet annonæ, præcepit ne venderent farinam, neque heminam olei, aut vini: ſed frumenti non minus modio: liquidorum vero, ad minus metretam. Nemoque frumentiteras molas haberet, niſi in collibus. Sic accidit, ut cum peregrinis forum non pateret rerum ad quotidianum uſum ſpe-

μας, προθυμοτέροις χρησάμενος τοῖς στρατιώταις, κατὰ κράτος εἷλε τὴν Σαμίων πόλιν.

Τιμόθεος πολιορκῶν Σάμον, ἐπεὶ πολλοὶ ξένοι εἰσπλέοντες [21] συχνὰ τῶν πολιορκιῶν ἀνήλισκον, καὶ διὰ τοῦτο σπάνις ἦν· παρήγγειλε μὴ πωλεῖν ἄλευρον, [22] μὴ δὲ κοτύλην ἐλαίου ἢ οἴνου· [23] ἀλλὰ σίτου μεδίμνου μὴ ἔλαττον. τῶν δὲ ὑγρῶν μετρητὴν τοὐλάχιστον· τὰς δὲ σιτουργοὺς μύλας μηδένα ἔχειν, ἢ ἐν τοῖς λόφοις. οὕτω δὲ συνέβη τοὺς μὲν ξένους οὐκ ἔχοντας τὴν ἀγορὰν τῶν ἐφ' ἡμέραν ἀναγκαίων αὐτοῖς κομί-

21 Συχνὰ τῶν πολιορκιῶν ἀνήλισκον] Emendo, τῶν προσοδιῶν. Nimis fatua eſt vulgata lectio πολιορκιῶν, quæ interpretem miſere fefellit. Ita autem eſſe legendum ex re ipſa, & fine hujus narrationis probari poteſt: ubi eadem vox repetitur. Sed non eſt prætermittendus ſummi philoſophi locus eandem hiſtoriam narrantis; qui locus ſi cum iſto conferatur, & multum ei lucis afferet, & ab eo viciſſim accipiet. Sic ille Oeconom. lib. ſecundo de Timotheo loquens, Τῶν τε ἐπιτηδείων ἐνδεὴς ὢν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, διὰ τοὺς ἀφικομένους, ἀπηγόρευσε μὴ πωλεῖν σῖτον ἀληλεσμένον, μηδὲ μέτρον ἔλαττον ἢ μέδιμνον, μηδὲ τῶν ὑγρῶν μηδὲν ἔλαττον ἢ μετρητήν. οἱ μὲν οὖν ταξίαρχοι τε καὶ λοχαγοὶ, ἀγοράζοντες ἀθρόα, διεδίδοσαν τοῖς στρατιώταις. οἱ δὲ εἰσαφικνούμενοι, ἦγον αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια· καὶ ὁπότε ἀπαλλάττοιντο, εἴ τι περίλοιπον εἴη, αὐτοῖς ἐπώλουν. ὥστε συνέβαινεν εὐπορεῖν τοὺς στρατιώτας τῶν ἐπιτηδείων. Caſaubon.

22 Μὴ δὲ κοτύλην] Lego μηδὲ κοτύλην. Pro ἐλαίου καὶ οἴνου, MSS. ἔλαιον καὶ οἶνον. & pro μετρητὴν, Cant. μετρητῶν.

23 Ἀλλὰ σίτου μεδιμ.] Scribe ἀλλὰ σίτου μὲν, μεδ. Caſaubonus.

κομίζειν· τὴν δὲ παρασκευὴν τῶν σιτίων μόνους ἀναλίσκεσθαι τοὺς στρατιώτας.

Τιμόθεος ναῦς ἔχων τεσσαράκοντα, βουλόμενος ἀπὸ τούτων πέντε προπέμψαι πλειόνων ἡμερῶν ἐχούσας ἐφόδια· μισθὸν οὐκ ἔχων δοῦναι, παράγγελμα ἔδωκεν, ἀνάγεσθαι τὰς ναῦς ἁπάσας [24] τριῶν σιτία ἐχούσας· ἐπεὶ δὲ νήσῳ τινὶ προσωρμίσαντο, τοῖς τριηράρχοις ἐκέλευσεν, ἐξ ἑκάστου πληρώματος αὐτῷ κομίσαι δύο σιτία· ταῦτα ταῖς πέντε ναυσὶ διαδοὺς, τὰς μὲν ἐξέπεμψε πλειόνων ἡμερῶν ἐπισιτισμὰ ἐχούσας· αὐτὸς δὲ [25] μετὰ τῶν τριάκοντα καὶ πέντε νεῶν, εἰς τὸν ἴδιον ὅρμον ἐπανῆλθεν.

Τιμόθεος ναυμαχεῖν

ſtantium, ſecum ipſi ea apportarent, frumenti autem & ciborum apparatum ſoli milites conſumerent.

11 Timotheus cum quadraginta naves haberet, volens ex his quinque præmittere, complurium dierum commeatu inſtructas, cum ſtipendia dare non poſſet, præceptum dedit, ut omnes naves ſolverent, quæ triplum commeatum haberent. Quæ ad inſulam quandam appulerunt. Triremium præfectos juſſit ex ſingulis navibus duplum commeatum ad ſe adferre. Quem in quinque naves diſtribuit, eaſque cum plurium dierum commeatu emiſit. ipſe vero cum triginta quinque navibus ad priſtinam ſtationem rediit.

12 Timotheus nava-

μέλλων

24 Τριῶν σιτία ἐχούσας] Τριῶν, videlicet ἡμερῶν. Ita enim dubio procul vel ſcribendum, vel certe interpretandum, repetita voce ἡμερῶν, quæ eſt initio poſita. ſic & paullo poſt, κομίσαι δύο σιτία, nempe δύο ἡμερῶν. *Caſaubonus.*
Τριῶν σιτία ἐχ.] Cant. τρεῖς σ. ε.
25 Μετὰ τῶν τριάκοντα καὶ πέντε] Ita ſcripſi cum Cant. pro numerorum notis μετὰ τῶν λέ.

Κατα-

lem pugnam ad Leucadem initurus cum Nicolocho Spartiata, præcepit ut pleraque navium implementa ſupra terram juxta mare requieſcerent: & cum viginti optime navigantibus ſolvens, mandavit trierarchis, ne intra teli jactum cum hoſtium triremibus congrederentur, ſed declinarent & tergiverſarentur de induſtria, ut hoſtium remiges defeſſos redderent. Cum igitur hæ tergiverſarentur, atque illæ præ æſtu ac labore ſolverentur. Timotheus receptui cecinit, & eos qui ſupra terram quietem egerant, remigibus egredi juſſis, in naves impoſuit: atque celeriter hoſtes defatigatos perſecutus, multas ipſorum triremes partim ſubmerſit, partim inutiles ad navigandum reddidit.

μέλλων περὶ Λευκάδα Νικολόχῳ τῷ Σπαρτιάτῃ, τῶν μὲν πλειόνων νεῶν τὰ πληρώματα παρήγγειλεν ἐπὶ γῆς ἀναπαύεσθαι παρ' αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ. ταῖς δὲ ἄριστα πλεούσαις εἴκοσιν ἀναχθεὶς, προσέταξε τοῖς τριηράρχοις μὴ συνάπτειν ταῖς πολεμίαις τριήρεσιν ἐντὸς βέλους· ἐκκλίνειν δὲ καὶ φυγομαχεῖν ἑκουσίως· ἵνα [26] κατακόπους ποιήσωσι τοὺς ἐναντίους ἐρέτας· ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν ἐφυγομάχουν· [27] οἱ δὲ ἐλέλυντο καύματι καὶ πόνῳ· Τιμόθεος τὸ ἀνακλητικὸν ἐσήμανεν. [28] καὶ καταχὼν ἐπὶ τὴν γῆν ἀναπαυσαμένους ἐρέτας ἐμβιβάσας διὰ τάχους τοὺς πολεμίους πεπονηκότας διώξας, πολλὰς αὐτῶν τριήρεις τὰς μὲν κατέδυσε, τὰς δὲ ἄπλους ἐποίησεν.

Τιμό-

26 Κατακόπους] Cant. κατασκόπους. ſed in margine κατὰ κόπους.

27 Οἱ δὲ μέλλον τοῦ κ.] Scribe οἱ δὲ ἐλύοντο, vel ἐξελύοντο τοῦ κ. *Caſaubonus.*

Οἱ δὲ ἐλέλυντο καύματι] Ita repoſui cum MSS. quod ultro apparet quanto lenius in vulgato, οἱ δὲ μέλλον τοῦ, lateat præ eo, quod conjiciebat Caſaubonus. Pro ἐσήμανεν, Cant. ἐσήμαινε. Mox pro ἀναπαυσομένους cum MSS. & Interprete ſcripſi ἀναπαυσαμένους.

28 Καὶ καταχὼν ἐπὶ τὴν γῆν] Ita legendum, & ἀναπαυσαμένους. *Caſaubonus.*

29 Ἐπι-

Τιμόθεος Λακεδαιμονίους καταναυμαχήσας, φοβηθεὶς δέκα ναῦς Λακωνικὰς, ἃς προέπεμψεν ὁ ναύαρχος ἐπὶ καταγωγῇ πλοίων σιταγωγῶν, μή ποτε ἀναχωροῦσι τοῖς Ἀθηναίοις [29] ἐπίθοιντο, παρήγγειλε τοῖς τριηράρχοις τὴν ἀρχαίαν τάξιν μὴ ζητεῖν, ἀλλὰ οὗ ἕκαστος ἐπὶ τοῦ παρόντος χώραν ἔχοι ταύτην φυλάσσειν· ἵνα μὴ μεταγομένων τῶν σκαφῶν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν τάξεις, ἐπιπλεύσαντες οἱ πολέμιοι προσβάλλωσι τῷ ναυτικῷ [30] λελυμένῳ· τάξας δὲ τὰς ναῦς ἐν μηνοειδεῖ σχήματι, τὰ μὲν ἔμβολα τῶν νεῶν, καὶ τὸ περιφερὲς τοῦ σχήματος πρὸς τοὺς ἐναντίους [31] ἐπέστρεψεν· τὰ ναυάγια δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους. τῶν νεῶν [32] ἐς τὸ κοίλωμα τοῦ μηνιδικοῦ συναγαγὼν, ἔπλει κατὰ πρύμναν.

13 Timotheus navibus cum Lacedæmoniis belligerans, metuens decem naves Laconicas, quas præmiſerat nauarchus ad appellenda navigia quæ commeatum vehebant, ne in diſceſſu Athenienſes adorirentur, præcepit trierarchis, ne priſtinum ordinem quærerent: ſed quem in præſenti quilibet locum occupaſſet, eum teneret, ne dum in ſuos ordines ſcaphæ traducerentur, adnavigantes hoſtes impetum repente facerent in diſſolutas. Deducens autem naves in falcatam figuram, roſtra navium & circumferentiam in hoſtes direxit. Navigiis vero & captivis navium in concavitatem incluſis, ſecundum puppim navigavit.

Τιμό-

29 Ἐπίθοιντο] Fl. ἐπείθοντο. Cant. ἐπιθοιντο.

30 Λελυμένῳ] Fl. λελυμένων.

31 Ἐπέστρεψεν] MSS & Codd. Caſauboni ἐπιστρέψεν. niſi quod Cant. abſque ν finali. Idem pro δὲ καὶ τοὺς, δ' ἐς τούς.

32 Ἐς τὸ κοίλωμα τοῦ μηνιδικοῦ] Scribo, τοῦ ναυτικοῦ, vel τοῦ μηνοειδοῦς. *Caſaubonus.*

33 Τιμό-

14 Timotheus bellum gerens adverſus Chalcidenſes, una cum Perdicca, Cyprium æs Macedonico numiſmate permiſcens, inſigne percuſſit, quod priſtinas quinque drachmas valore exæquaret. ejus quarta pars conſtabat argento, reliquum ære vitio-

33 Τιμόθεος Χαλκιδεῦσι πολεμῶν μετὰ Περδίκκου Κύπριον χαλκὸν Μακεδονικῷ νομίσματι μίξας, ἐπίσημον ἔκοψεν 34 ὥς τε τὰς παλαιὰς ε' δραχμὰς ἔχειν ἀργυρίου τεταρτημόριον, τὸ δὲ λοιπὸν χαλκοῦ, φαύλου. 35 πλείστης δ' εὐπο-

33 Τιμόθεος Χαλκιδεῦσι πολεμῶν μετὰ Περδίκκου Κύπριον χαλκὸν Μακ. &c.] Infra IV. 10. 2. ubi hoc Perdiccæ ſtrategema refertur, non dicitur quod is cum argento permiſcuerit æs, ſed quod argenteo numiſmate deſtitutus, ſtannum æri admiſcuerit. Locum vide. Non videtur autem diverſum hoc Timothei ſtrategema tum ab eo, quod Auctor primo loco commemoravit (quod ſolet quandoque Polyænus, ut jam notavit Caſaubonus) tum ab eo, quod de eodem refert Ariſtoteles lib. II. Oeconom. licet is factum dicat, non, cum adverſus Chalcidenſes ut dicitur Polyæno, ſed cum adverſus Olynthios bellaret. Locum, ut facilius cum hoc conferatur, ſubjicio: Τιμόθεος Ἀθηναῖος πολεμῶν πρὸς Ὀλυνθίους, καὶ ἀπορούμενος ἀργυρίου, κόψας χαλκὸν, διεδίδου τοῖς στρατιώταις. ἀγανακτούντων δὲ τῶν στρατιωτῶν, ἔφη αὐτοῖς τούς ἐμπόρους τε καὶ ἀγοραίους ἅπαντας ὡσαύτως πωλήσειν. τοῖς δ' ἐμπόροις προεῖπεν, ὃν ἄν τις λάβῃ χαλκὸν, τοῦτο πάλιν ἀγοράζειν τά τ' ἐκ τῆς χώρας ὤνια, καὶ τὰ ἐκ τῶν λειῶν ἀγόμενα. ὃς δ' ἂν περιλειφθῇ αὐτοῖς χαλκὸς, πρὸς αὐτὸν ἀναφέροντας ἀργύριον λαμβάνειν. Plura ſtrategemata, quibus varii, pecuniæ inopia laborantes, de ſtipendio militari ſibi proſpexerint vide eodem libro: quibus & addi poteſt, quod refertur infra VI. 9. 1.

34 Ὥς τε τὰς παλαιὰς δραχμὰς] Deeſt ante iſta verba aliquid. & vox παλαιὰς fuit mihi aliquando ſuſpecta. Velim autem conſideret lector acutus, ſit ne hoc στρατήγημα Timothei, idem cum eo quod refert Ariſtoteles, primum inter omnia quæ ab eo commemorantur. *Caſaubonus.*

Ὥς τε τὰς παλαιὰς ε' δραχμὰς ἔχειν] Numerum, qui in Vulgata deſiderabatur, ſupplevi ex MSS. cum quibus conſentit Interpres. Neque ſic tamen integer hic locus, cujus ſenſum Interpres, prout potuit, adjuvit, ſi modo conſtaret unum tale nummi genus percuſſum fuiſſe, & non fortaſſe varii modi vel magnitudinis, illa tamen in omnibus ſervata proportione, ut quarta modo pars eſſet argentea: cur enim unum modo tanti pretii, quinque nempe drachmarum, percuteret, quum iſto pacto, ſi quid minore pretio conſtaret, emtio fieri non poſſet, aut certe cum alterius partis detrimento? Mox pro τεταρτημόριον, Fl. τετάρτην μοῖραν. Cant. τετάρτην μοῖραν.

35 Πλείστης δ' εὐπορήσας] MSS. πλείστης εὐπορῆσαι. Paullo poſt pro ἀντιπορτιζόμενοι, Fl. ἀντιφορτιζόμενοι. Male. ſic infra VI. 10. 2. ἐπεὶ δὲ ἦν ἐκχρείαν

διαπορήσας μισθοδοσίας, τοὺς ἐμπόρους καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας ἔπεισε, πρὸς χαλκὸν πιπράσκειν· ἀντιφορτιζόμενοι δὲ τὰ παρ' ἀλλήλων οὐδὲν τοῦ νομίσματος ἐφύλαττον· ἀλλὰ τοῦτο περιήει πάλιν εἰς τὴν μισθοφορὰν τὴν στρατιωτικήν.

Τιμόθεος ἐπολιόρκει Τορώνην· οἱ μὲν Τορωναῖοι μεγάλα ὕψη ἀντανέστησαν, φορμῶν ψάμμου πληρουμένων· ὁ δὲ Τιμόθεος [36] μηχανήμασι μακροτέροις [37] ἐξ ἱστῶν ἀκίδας περιθεὶς, καὶ δρέπανα ἐπὶ τὰ ἄκρα τοῦ ἱστοῦ ἐμβαλὼν, [38] ταῖς ἀκίσιν τὰς διφθέρας διερρήγνυεν τοῖς δὲ δρεπάνοις ἀνέτεμνε τοὺς φορμοὺς, ὥς τε

ſo. Ad hunc modum abundans ſtipendiis, perſuaſit mercatoribus, & ejus regionis incolis, ut ære venditiones emptioneſque contraherent. Sic mutuo res commutantes, nihil ex illo numiſmate retinuerunt, ſed illud quaſi circuitu quodam in militare ſtipendium rediit.

15 Timotheus oppugnabat Toronam. Toronenſes altiſſimas moles contra erigebant ſportas arena plenas. Ille longioribus machinis comparatis, ex malis navium cuſpides imponens, & falces in ſummitate mali cuſpidibus affigens, hoſtium opera diſrupit. Falcibus enim ſportas diſſecabat, ita ut arena diſ-

ῥεῖν

χεῖον ὑπὲρ τὸν ὅρους ἀντεφόρτιζεν καρποὺς τὸν ἐπιχωρίους. Fl. eodem modo legit, ἀντιφρέτιζεν. Sequens δὲ poſt ἀντιφορτιζόμενοι delet uterque Codex.

36 Μηχανήμασι μακροτέροις ἐξ ἱστοῦ] Nempe ἀνηρτημένοις vel aliud quid: nam, ut plena ſit ſententia, deeſt verbum unum. planior eſt Cæſaris narratio non abſimilis facti, libro tertio, *Una*, ait, *erat magno uſui res preparata a noſtris, falces præacutæ inſertæ affixæque longuriis*, &c. *Caſaubon.*

37 Ἐξ ἱστῶν] Cum MSS. & Interprete: Vulgata, ἐξ ἱστοῦ. Codd. Caſauboni ἐξίσου. Pro εἰς τὰ ἄκρα cum MSS. repoſui ἐπὶ τὰ ἄκρα.

38 Ταῖς ἀκίσιν] MSS. abſque ν finali. Pro ῥηγνύων, eorundem auctoritate ſcripſi διερρήγνυεν. niſi quod Cant. abſque ν in fine. Pro ὡς ῥεῖν, cum Cant. repoſui ὥς τε ῥεῖν.

39 Νεῶν

flueret. Quod cum vidiſſent Toronenſes, ad fœdus faciendum impellebantur.

16 Timotheus cum Corcyrenſibus, aliiſque ſociis contra Lacedæmonios exercitum ducens, naves optime navigantes primo loco collocavit, jubens, ut inſtructo ordine reliquæ quietem agerent. Cum priores navale prælium facerent, plane defeſſis jam hoſtibus, ſignum quieſcentibus extulit. Qui recentes adhuc & integri, facto impetu defeſſos in fugam verterunt.

17 Timotheus circa Leucadem navali prælio Lacedæmonios devicit. Multis contritis ſcaphis, decem naves hoſtium ſupererant, aptæ navali prælio, quas

ῥεῖν τὴν ἄμμον· τοῦτο δρώμενον ἰδόντες Τορωναῖοι πρὸς ὁμολογίαν ἐτράποντο.

Τιμόθεος μετὰ Κερκυραίων, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων πρὸς Λακεδαιμονίους συμμαχῶν, τὰς ἄριστα πλεούσας τῶν [39] νεῶν προέταξε· κελεύσας ἐν τῷ σχήματι τῆς παρατάξεως ἡσυχίαν ἔχειν· ἐπεὶ δὲ οἱ προτεταγμένοι διεναυμάχησαν, ἐπὶ πολὺ κεκμηκότων ἤδη τῶν πολεμίων, σημεῖον ἦρε τοῖς ἡσυχάζουσιν· οἱ δὲ ἀκμῆτες ἐμβαλόντες ἐτρέψαντο τοὺς κεκμηκότας.

Τιμόθεος περὶ Λευκάδα [40] Λακεδαιμονίοις ναυμαχήσας ἐνίκησε· πολλῶν συντριβέντων σκαφῶν, [41] περιῆσαν [42] δέκα νῆες τῶν πολεμίων ἀναυμάχητοι,

39 Νεῶν] Cant. νηῶν. & pro προέταξε, habet προσέταξε. Paullo poſt pro κεκμηκότων πολεμίων, cum MSS. & Interprete reſtitui, κεκμηκότων ἤδη τῶν πολεμίων.

40 Λακεδαιμονίοις] Cant. Λακεδαιμονίους. quomodo etiam legiſſe videtur Interpres. Vulgatam tamen præfero.

41 Περιῆσαν] Cant. περιείησαν. Pro ἀναυμάχητοι, Fl. ναυμάχητοι, quomodo legiſſe quoque videtur Interpres.

42 Δέκα νῆες τῶν πολεμίων ἀναυμάχητοι] Hoc eſt, μήπω μαχεσάμεναι. Sed Interpres videtur legiſſe aliter. Mox ſcribe ὅπως αὐτῷ ἀφορῶσι. *Caſaubonus.*

43 Πρὸς

τι, ἃς ἐδεδοίκει. Τιμόθεος ἐπανιὼν ἐπὶ τὸν ναύσταθμον, καὶ δὴ τὸ ναυτικὸν ἔταξεν ἐν μηνοειδεῖ σχήματι πρὸς τοὺς πολεμίους τὸ κυρτὸν, ἐντὸς τὰ ναυάγια ὑπαγαγών· τὸν δὲ ἀπόπλουν ἐποιεῖτο [43] πρὸς τὴν γῆν, κελεύσας ἐλαύνειν ἐπὶ πρύμναν, ὅπως ἀντίπρωροι τὰς πολεμίας δέκα ναῦς ῥᾳδίως ἀμύνοιντο. τοῦτο τὸ σχῆμα τῆς τάξεως οἱ ἀπὸ τῶν δέκα νεῶν φοβηθέντες οὐκ ἐπέθεντο.

metuebat. Timotheus reverſus ad navale, nauticum exercitum falcata figura inſtruxit, & contra hoſtes circumferentiam vertens, navigiis intus comprehenſis, abnavigationem ad terram inſtituit, jubens ſecundum puppim impellere, ut proris exadvorſum collocatis, facile ſe ab hoſtilibus decem navibus defenderent. Hanc ordinis figuram hi qui decem naves tenebant, metuentes, aggredi non audebant.

[CAP. XI.]

Χαβρίας.

¶ Χαβρίας τοῖς στρατιώταις παρήγγελεν, ἐπειδὰν μέλλωμεν μάχεσθαι, [1] μή τοι νομίζωμεν ὡς πολεμίοις συμβάλλοντες· ἀλλὰ ἀνθρώποις αἷμα καὶ σάρκα ἔχουσι· καὶ τῆς αὐτῆς

Chabrias.

¶ Chabrias militibus dixit: Si pugnam inibimus, ne putemus nos cum hoſtibus manum conſerere, ſed cum hominibus ſanguine ac carne præditis, & qui naturam eandem, com-

φύσεως

43 Πρὸς τὴν γῆν] MSS. εἰς τὴν γῆν. Paullo infra pro ἀντίπρωρος, cum MSS. Interprete & Caſaubono ſcripſi ἀντίπρωροι. Mox pro ἐπέθεντο, Fl. ἐπόθοντο, unde ſerior manus fecit ἐπέθεντο.

Cap. XI. 1 Μή τοι νομίζωμεν ὡς πολεμίοις συμβάλλοντες] Durius pro εἴημεν συμβάλλοντες, vel συμβάλλοιμεν, niſi mendum ineſt. *Caſaubonus.*

Νομίζωμεν] Cant. νομίζοιμεν. & pro σάρκα, Fl. σάρκας.

2 Χα-

munemque nobiſcum habeant.

2 Chabrias ad Naxum prælio navali victoriam conſecutus eſt, Boëdromionis die decima ſexta: pugnæ navali aptam ratus eſſe eam diem, quoniam una ex illis. . . . . erat, quibus my-

φύσεως ἡμῖν κεκοινωνηκόσι.

[2] Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος [3] ἕκτῃ ἐπὶ δέκα· αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐπιτήδειον [4] τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἐν μιᾷ τῶν λθ' μυστηρίων. [5] οὕτω γέ

2 Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν] Secundum hoc ſtratagema omiſſum fuerat ab Interprete: non aliam arbitror ob cauſam, quam quod in ejus codicibus fuit corruptiſſimum. Verum ea res nos non deterruit quin & adderemus id & interpretaremur: licet nihilo melius in noſtro codice ſcriptum exſtaret, aut etiam fortaſſe depravatius: ut fuit is mendis omnibus pleriſque locis depravatiſſimus. Sed facile fuit linguæ & hiſtoriæ peritis non aberrantibus a veſtigiis ejus lectionis quantumvis vitioſæ, quæ in ſcriptis codicibus extat, Polyæno & ſententiam ſuam, & ſua etiam verba reſtituere. Quod nos cum toto pæne opere fecimus, tum hoc in primis loco. quam feliciter, non eſt pudoris noſtri pronunciare. Plutarchum in Camillo qui legerit, etiam nobis tacentibus id intelliget. Illud profitemur, nuſquam nos a veſtigiis ſcriptæ lectionis longius aberraſſe. Quædam adhuc ſunt quæ opem melioris codicis deſiderant: & ex quibus me, ut nunc quidem eſt, non facile extrico. In verſione ſcribe *Iacchus*, non *Bacchus*. Caſaubonus.

3 Ἕκτῃ ἐπὶ δέκα· αὐτὴν τὴν ἡμέραν, &c] MSS. & Codd. Caſauboni. ἕκτῃ ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὴν, &c. ſcribe, ἕκτῃ ἐπὶ δέκα· ταύτην τὴν ἡμέραν. Plutarchus in Phocione, verba faciens de Chabria, & prælio navali ad Naxum, ſcribit: Ἐνίκων δὲ μεγάλοις μυστηρίοις· καὶ παρεῖχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος.

4 Τῇ ναυμαχίᾳ] Cant. τὴν ναυμαχίαν. Pro ὅτι ἐν μιᾷ, lego, ὅτι ἦν μία, quomodo etiam Caſaubonus notavit in margine, & locum vertit. Numeri ſequentes τῶν λθ' μυστ. corrupti ſunt: quare aut delendi cum MSS. aut legendum cum Meurſio, τῶν δ' μυστηρίων. Fl. μυστηρίων.

5 Οὕτω γέ τοι καὶ Θεμιστοκλῆς τοῖς Πέρσαις ἐναυμάχησε περὶ Σαλαμῖνα· ἀλλὰ οἱ μὲν περὶ Θεμιστοκλέα σύμμαχον ἔσχον τὸν Ἴακχον * γολλάδα μύστῃ] Locus hic obſcurus & male ſanus, male hactenus acceptus. Refert Auctor Chabriam menſis Boëdromionis die decimo ſexto, uno Myſteriorum, victoriam navalem ad Naxum conſequutum: ſubjungit ſimili ratione Themiſtoclem navali prælio ad Salamina Perſas ſuperaſſe, addito quoque victoriæ tempore, quod latet in poſtremis illis verbis: ἀλλὰ οἱ μὲν περὶ Θεμιστοκλέα σύμμαχον ἔσχον τὸν Ἴακχον. Quæ ut recte intelligantur, notandum *Iacchum*, Jovis & Cereris filium, ſexto Myſteriorum die cum choreis, ſaltu, ac cantu e Ceramico in urbem Eleuſinem fuiſſe deductum, ut videre eſt apud Meurſium: unde & dies ille dictus fuit Ἴακχος. Teſtatur id Heſychius,

γέ τοι καὶ Θεμιστοκλῆς τοῖς Πέρσαις ἐναυμάχησε περὶ Σαλαμῖνα· ἀλλὰ οἱ μὲν περὶ Θεμιστοκλέα σύμμαχον ἔχον τὸν Ἴακχον * γολλάδα μύσαι.

Χαβρίας, ναῦς Λακωνικὰς κατασκόπους δώδεκα ἐφορμούσας, οὐ μὴν ἐπ' ἀ-

ſteria celebrabantur. Similiter Themiſtocles de Perſis navale victoriam retulit ad Salaminem. Verum Themiſtoclem quidem ipſe Bacchus Chabriam myſteria juverunt.

3 Chabrias, cum naves Laconicæ ſpeculatrices duodecim appu-

ναχθῆ-

cum exponit Ἴακχον· τὸν Διόνυσον, ἢ μίαν ἡμέραν τῶν Μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι. Hic dies incidebat in diem vigeſimum menſis Boëdromionis, teſte Plutarcho in Phocione: Εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, Μυστηρίων ὄντων, ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσῖνάδε πέμπουσιν. Quod ſi nunc pateat hoc die prælium ad Salamina contigiſſe, nihil certius, quam Polyænum hiſce verbis victoriæ diem deſignaſſe. Atqui apertis id verbis extat apud Plutarchum in Camillo, ubi ſimul notatur dies, quo vicit Chabrias: Ἀθηναῖοι δὲ περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας. ὡς ἡμῖν ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν ἀποδέδεικται. Et ſic Polyæno cum Plutarcho de tempore ſaltem victoriæ per Themiſtoclem reportatæ convenit. Reſtant ultima verba γολλάδα μύσαι, pro quibus Caſaubonus in margine ſcripſerat: Χαβρίας δὲ τὰ Μυστήρια. In Florentino codice, γολλάδας μύσαι. In Cant. non melius, γολλάδαι μύσαι; ſed optime in ejuſdem margine ἅλαδε μύσται, uti ſagaciter olim hic reſtituit Joannes Meurſius. Secundus Myſteriorum dies, qui incidit in diem ſextum & decimum menſis Boëdromionis, fuit dictus ἅλαδε μύσται, ut recte obſervavit idem Meurſius: cum enim apud Heſychium dicatur: Ἅλα * δίνυσαι (corrupte, pro ἅλαδε μύσται) ἡμέρα τις τῶν Ἀθήνησι Μυστηρίων. & apud Polyænum dicatur Chabrias ad Naxum viciſſe ἅλαδε μύσται, ſive ἕκτῃ ἐπὶ δέκα Βοηδρομιῶνος, qui eſt ſecundus Myſteriorum, certo conſtat ſecundum feſti illius diem, fuiſſe dictum Ἅλαδε μύσται. Et ſic Plutarchus & Polyænus de hoc quoque tempore conſentiunt: quod enim illi, locis adductis, ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, & περὶ τὴν πανσέληνον, id huic quoque ἕκτῃ ἐπὶ δέκα & Ἅλαδε μύσται. Meurſius duas haſce voces fini demit, & in medio, unde avulſas putat, reponit, hoc ſcilicet loco: αὐτὴν ἡμέραν ἐπιτήδειον τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἦν μία τῶν Μυστηρίων, Ἅλαδε μύσται. ὄντων γε, &c. Nobis contra MSS. conſenſum id non licuit; immo ſuo loco relinquendas exiſtimamus: quamquam enim Polyænus diem menſis jam expreſſerat, hic tamen in recenſione diei victoriæ ad Salamina, phraſi deſumta a Myſteriis, ſimili phraſi diem victoriæ ad Naxum reperit. Ut autem locus ſibi conſtet, eum ſic lego: οἱ μὲν περὶ Θεμιστοκλέα σύμμαχον ἔχον τὸν Ἴακχον· οἱ δὲ περὶ Χαβρίαν Ἅλαδε μύσται.

6 Ναυπ

liſſent, neque amplius auderent ſolvere, ſic eas ut ſolverent elicuit. Naves duodecim binas & binas conjunxit, duarum vela in unam contrahens. Hoſtes iis contemptis, quaſi adverſus ſex, ipſi cum duodecim ſolverunt. Quibus latius in mare progreſſis, Chabrias velis ſublatis ſcaphas disjunctas immiſit, & dimidias hoſtium naves una cum ipſis hominibus cepit.

4 Chabrias per anguſta loca cum paucis diſcedens, inſtantibus multis hoſtibus, ipſe præcedens dux profectionis, robuſtiſſimos in extremo collocavit, ut inſtantes propulſa-

ναχθῆναι θαρρούσας, ἐξεκαλέσατο οὕτως πῶς αὐτὰς ἀναχθῆναι.[6] ναυσὶ δεκαδύο κατὰ δύο ζεύξας ἐπὶ τὰ ἱστία τῶν [7] νεῶν, ἐπὶ μιᾶς ἐρέμενος. οἱ πολέμιοι καταφρονήσαντες, ὡς πρὸς ἓξ τριήρεις, αὐτοὶ δεκαδύο ἔχοντες, ἐπανήχθησαν. Χαβρίας ἐπιπλέον αὐτῶν τοῦ πελάγους προελθόντων, καθελὼν τὰ ἱστία, τὰ σκάφη διαζεύξας ἐπέστρεψε, καὶ τὰς ἡμισείας τῶν πολεμίων ἔλαβεν αὐτάνδρους.

Χαβρίας διὰ στενῶν τόπων ἀναχωρῶν, ὀλίγους ἔχων, πολλῶν πολεμίων ἐπικειμένων, αὐτὸς τῆς πορείας ἡγούμενος, τοὺς μάλιστα εὐρώστους οὐραγεῖν ἔταξεν, ὅπως [7] προσκειμένους

6 Ναυσὶ δεκαδύο] γρ. ναυσὶ δὲ δέκα. Lege ναῦς δεκαδύο κατὰ δύο ζεύξας, καὶ τὰ ἱστία τῶν νεῶν, (vel τῶν δύο) ἐπὶ μιᾶς ἀρεμένος. Confert cum narratione ſecunda, in Diotimo, libro quinto, & libro primo in Thraſyllo. *Caſaubonus.*

Ναυσὶ δεκαδύο κατὰ δύο ζεύξας ἐπὶ τὰ ἱστία τῶν νεῶν] Locus male ſanus, nec MSS. quidquam adferunt, niſi quod pro τῶν νεῶν, uterque habeat, τοῖν δυοῖν. Caſaubonus veriſimiliter videtur reſtituiſſe, niſi quod & ἱστία τῶν νεῶν pleonaſmum fere ſapiant nugatorium: deinde licenter voculam ἐπὶ mutavit in καὶ, quod ideo obſervandum eſt, quia in exemplo Diotimi ſecundo Polyænus omittit copulam, unde videtur hic quoque ab ipſo adhibita non eſſe. Quapropter ſcripſerim: ναῦς δεκαδύο κατὰ δύο ζεύξας, ἔτι τὰ ἱστία τοῖν δυοῖν ἐπὶ μιᾶς ἀρεμένος.

7 Προσκειμένους] Cant. προκειμένους. Paullo infra pro παρελθεῖν uterque Codex, παρελθών.

νους ἀμυνοίντο. οὐδεὶς οὖν τῶν οὐραγούντων ἔφυγεν, οὐ τολμῶν τὸν στρατηγὸν παρελθεῖν ὡς κωλυθεὶς, ἢ καὶ κολασθείς· τῷ σχήματι τούτῳ τῆς πορείας ἀσφαλῶς διήγαγε τὸ στρατόπεδον.

rent. Nemo igitur ex poſtremis fugam capeſſit, non audens ducem præterire, quippe prohibitus, vel etiam punitus. Hac profectionis conſtitutione tuto exercitum traduxit.

[8] Χαβρίας Θάμῳ Αἰγυπτίων βασιλεῖ χρημάτων ἀποροῦντι, συνεβούλευσε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ κεκτημένους ἱκανὴν οὐσίαν, κελεῦσαι παραχρῆμα εἰσενεγκεῖν [9] ὅσον τις ἔχει χρυσίον ἢ ἀργύριον· [10] κομιδὴν δὲ αὐτοῖς οὐ διδόασι γενέσθαι τῶν φόρων, οὓς κατ᾽ ἔτος ἐτέλουν· οὕτως δὴ πολλὰ συνελέγη χρήματα οὐδενὸς ἀ-

5 Chabrias Thamo Ægyptiorum regi, pecuniis indigenti conſilium dedit ut ditiores regionis incolas juberet confeſtim quantum unuſquiſque poſſet auri vel argenti contribuere: pro iis vero quæ darent, annua tributa eis remitteret. Hoc pacto multas pecunias collegit, neque tamen injuriam cuiquam fecit.

δικη-

8 Χαβρίας Θάμῳ Αἰγυπτίων βασιλεῖ] Sic vocat quem alii Thaum, vel Taum, ut apud Ariſtotelem lib. ſecundo Oeconomic. Diodoro & Plutarcho hic rex Ταχὼς appellatur. *Caſaubonus.*

9 Ὅσον τις ἔχει] Malim cum Fl. ὅσον τις ἔχοι. Cant. ἀργύριον, pro ἀργύρεον. & ſic Ariſtoteles loco ſtatim adducto.

10 Κομιδὴν δὲ αὐτοῖς οὐ διδόασι γενέσθαι τῶν φόρων] Negatio transpoſita ab ipſo, ut puto, auctore. Nam αὐτοῖς οὐ διδόασι γ. dictum, pro αὐτοῖς διδόασιν οὐ γεν. Κομιδὴ φόρων eſt penſio tributorum. *Caſaubonus.*

Κομιδὴν δὲ αὐτοῖς οὐ διδόασι] Lego cum utroque codice, κομιδὴν δὲ αὐτοῖς ὧν διδόασι γενέσθαι τῶν φόρων, οὓς κατ᾽ ἔτος ἐτέλουν. Ariſtoteles II. Oeconom. præter alia quædam per Chabriam regi ſuppeditata conſilia & hoc referens, inquit: Ἐκστρατεύειν δὲ αὐτοῦ μέλλοντι ἐκ τῆς χώρας, εἴ τις τι ἔχοι ἄσημον ἀργύριον ἢ χρυσίον, ἐκέλευσεν ἐπαγγεῖλαι πρὸς αὐτόν. ἐπαγγειλάντων δὲ τῶν πλείστων, ἐκέλευσε τοῦτο μὲν ἐκείνῳ χρῆσαι, τοὺς δὲ δανείσαντας συστῆσαι τοῖς νομάρχαις, ὥστε ἐκ τῶν φόρων αὐτοῖς ἀποδοῦναι. Mox pro συνελέγη, Cant. συνελέχθη.

Sed omnes poſtea, quemadmodum dederant, receperunt.

6 Chabrias in Laconicam faciens impreſſionem, noctu fluvium tranſgreſſus, multa præda capta eam trans fluvium in amicam & ſociam terram miſit. Ipſe vero cum reliquis militibus cibum ſumere juſſis, remanſit uſque ad meridiem, hoc ipſum expectans quod etiam contigit. Nam Lacedæmonii re cognita ad prædam in fluvio recuperandam egreſſi ſunt: & cum ſummo ſtudio ducenta ſtadia percurriſſent, defeſſi, inordinati, diſtractique ad pugnam inutiles erant. At ille ſuos milites cœnatos, quiete refectos, atque ordinatos adducens,

ἀδικηθέντος, ἀλλὰ πάντων ὕστερον [11] ὡς δέδωκαν ἀπολαβόντων.

[12] Χαβρίας εἰς Ἑλλάδα τῆς Λακωνικῆς ἐμβαλὼν [13] νυκτὸς τὸν ποταμὸν διαβὰς λείαν πολλὴν λαβὼν, τὴν μὲν ὑπὲρ τὸν ποταμὸν εἰς τὴν φιλίαν ἀπεπέμψατο. αὐτὸς δὲ τοὺς ἄλλους στρατιώτας φαγεῖν κελεύσας, ἀνέμεινε μέχρι μεσούσης ἡμέρας, τοῦτο προσδοκῶν, ὃ δὴ καὶ ἐγένετο. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι μαθόντες ἐξεβοήθησαν, ὡς ἀφαιρησόμενοι τὴν λείαν ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ. καὶ σπουδῇ δραμόντες διακόσια [14] στάδια κεκμηκότες, ἀσύντακτοι, διεσπαρμένοι, πρὸς μάχην ἦσαν ἄχρηστοι. ὁ δὲ τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας βεβρωκότας, ἀναπαυσαμένους, [15] συντεταγμένους πρὸς διαγω-

11 Ὡς δέδωκαν] Cum utroque Codice & Interprete, pro vulgato ἃ δέδωκαν.

12 Χαβρίας εἰς Ἑλλάδα τῆς Λακωνικῆς ἐμβ.] Scribe, εἰς Ἕλος, quod fuit τῆς Λακωνικῆς oppidum. *Caſaubonus.*

13 Νυκτός] Non habet Cant. Mox pro ἐπέμψατο, cum MSS. repoſui ἀπεπέμψατο. & pro φθάζειν, ut corrupte legebatur in Vulgata; cum iiſdem Codd. reſtitui φαγεῖν.

14 Στάδια] Fl. στάμινα.

15 Συντεταγμένους πρὸς διαγωγὴν] Cant. συντεταγμένος. Unde apparet deſcriptorem ejus exemplaris jam tum dubitaſſe de integritate hujus loci,

διαγωγὴν ῥᾳδίως τοὺς πλείστους αὐτῶν διέφθειρεν.

Χαβρίας ἦν ἐν Αἰγύπτῳ στρατηγῶν τῷ βασιλεῖ τῶν Αἰγυπτίων. τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐπιστρατεύοντος πεζῇ δυνάμει, καὶ ναυτικῇ, ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς ναῦς πολλὰς ἔχων ἠπόρει πληρωμάτων συγκεκροτημένων. Χαβρίας καταλέξας Αἰγυπτίων [16] τοὺς νεωτάτους ἱκανοὺς πληρῶσαι ναῦς διακοσίας, ἐξελὼν τὰς κώπας τῶν τριηρῶν ξύλα μακρὰ παραβαλὼν [17] ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, ὥς τε ἐφ᾽ ἕνα καθῆσθαι, δοὺς αὐτοῖς τὰς κώπας, καὶ κελεύσας τῶν διγλώσσων ἐπιστήσας, ὀλίγαις

ἡμέ-

ſine negocio multos ex hoſtibus interfecit.

7 Chabrias in Ægypto regis Ægyptiorum exercitum ducebat. Cum rex Perſarum pedeſtribus ac navalibus copiis expeditionem faceret, Ægyptius navibus abundans, implementis egebat. Chabrias delectis junioribus ex Ægyptiis eo numero, ut ducentis navibus implendis ſufficerent, remos e triremibus ſuſtulit, longiſque contis verſus littus projectis, effecit ut ſinguli ordine ſederent: danſque eis remos, & jubens additis bilinguibus paucos dies ipſos agere, pro-

ci, & quæſiviſſe verbum, unde accuſativi iſti penderent, quod mihi multo melius repeciſſe videtur Interpres, dum pro πρὸς διαγωγὴν, legit προστάγων. In fine hujus ſtrategematis pro διέφθειραν, cum MSS. & Interprete repoſui διέφθειρεν.

16 Τοὺς νεωτάτους] Uterque Codex abſquè atticulo.

17 Ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν] Hic deeſt aliquid, nec ſine ſententiæ damno. Hoc facile tamen intelligimus, quod non vidit Interpres, non aliud hic fuiſſe narratum Chabriæ ſtratagema, quam qua ratione pauciſſimis diebus effecerit is, ut rex Ægyptius remigibus abundaret, iiſque συγκεκροτημένοις, hoc eſt, remigandi peritis. Interea dum meliorem codicem expectas, lege paullo poſt, καὶ κελευστὰς ἐπιστήσας. appellat διγλώσσους eos qui utramque linguam, Græcam & Ægyptiam tenerent. Sic libro ſeptimo in Oronte, ἐπιστήσας ἑρμηνέας διγλώσσους, ἵνα τὰ παρηγγελμένα τοῖς Ἕλλησιν, οὗτοι φράζοιεν τοῖς βαρβάροις. Notum qui ſint κελευσταί. Mox lege ἐλαύνειν αὐτοὺς ἐδίδαξε. *Caſaubonus.*

18 Ὀπέτε

fectus eſt, & conſcriptis remigibus naves implevit.

ἡμέραις ἐλαύνειν αὐτοὺς ἐβάδιζεν ἐρετῶν συγκεκροτημένων ἐπλήρωσεν.

8 Chabrias, ſi recens collectum exercitum haberet, & pugnam initurus eſſet, per præconem juſſit, ut qui male haberent, ſeorſim arma deponerent. Quotquot igitur erant timidi, morbum ſimulantes, arma ſeponebant. His ad pugnam quidem non utebatur, ſed ad præoccupanda loca munita, ut ſaltem ipſorum multitudo apparens, metum hoſtibus faceret. Occaſione vero data, ſtatim eos ſtipendiis privavit.

Χαβρίας [18] ὁπότε νεοσύλλογον ἔχων δύναμιν καὶ μέλλοι παρατάττεσθαι, διὰ τοῦ κήρυκος ἐκέλευσε τοὺς ἀρρώστως ἔχοντας, χωρὶς τίθεσθαι τὰ ὅπλα. ὅσοι δὲ δειλοὶ [19] δι' ἀρρωστίαν προσποιούμενοι χωρὶς ἐτίθεντο τὰ ὅπλα, τούτοις ἐς μὲν τὴν μάχην οὐκ ἐχρῆτο· ἐς δὲ τὰς προκαταλήψεις τῶν ὀχυρῶν τόπων· ἵνα τὸ γοῦν [20] πλῆθος ἐπιφαινόμενον αὐτῶν φόβον ἐνεργάζοιτο τοῖς πολεμίοις· καιροῦ δὲ παραστάντος, ποιεῖ ταχέως αὐτοὺς ἀπομίσθους.

9 Chabrias ad hoſtilem urbem appellens, noctu ſcutatos egredi fecit. Ipſe vero prima luce ad portum navigabat, longe ab urbe

Χαβρίας προσπλεύσας πολεμίᾳ πόλει, νυκτὸς τοὺς πελταστὰς ἀπεβίβασεν. αὐτὸς δὲ ἀρχομένης ἕω, ἐπὶ τὸν λιμένα ἔπλει [21] ἀποτέρω τῆς πόλεως ὄντα. οἱ ἐκ τῆς πόλεως

18 Ὁπότε νεοσύλλογον ἔχων] Scribe ἔχοι. *Caſaubonus.*

19 Δι' ἀρρωστίαν προσποιούμενοι] Malim ὡς δὴ ἀῤῥ. *Idem.*

20 Πλῆθος ἐπιφαινόμενον αὐτῶν] Ita repoſui cum Fl. & Interprete, pro vulgato αὐτῷ. Cant. αὐτοῖ.

21 Ἀποτέρω τῆς πόλεως] Fl ἀπό τε ῥωμῆς πόλεως. Mox pro οἱ ἐκ τῆς γῆς, cum utroque Codice repoſui, οἱ ἐκ τῆς πόλεως, quomodo etiam legiſſe videtur Interpres. Eodem modo ſequenti exemplo. οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως.

λεως ἐξέδραμον κωλύσοντες ἀποβῆναι τοὺς ἐκ τῶν νεῶν· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἐνέδρας πελτασταὶ ὄπισθεν ἐπιφανέντες τοὺς μὲν διέφθειραν αὐτῶν, τοὺς δὲ ζωγρίᾳ λαβόντες, τῶν νεῶν ἐπιβάντες, ἀνήχθησαν.

Χαβρίας ἀπὸ τῶν πελταστῶν δέκα τοὺς δρομικωτάτους ἐφ' ἑκάστην ναῦν [22] παρεβιβάσατο. καὶ νυκτὸς ἐς τὴν πολεμίαν ἀπεβίβασε· καὶ λεηλατεῖν τὴν χώραν ἐκέλευσεν. οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως [23] ἐκβοηθήσαντες, ἐπικρατεῖν τῶν λεηλατούντων ἔμελλον. ὁ δὲ περιϊδὼν, κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὴν πόλιν ἔπλει. οἱ δὲ ἐκβοηθήσαντες, τὸν ἐπίπλουν ἰδόντες, ἐσπούδασαν, ἵνα μὴ καταλάβοι τὴν πόλιν. ὁ δὲ [24] τὰς ναῦς τῆς χώρας προσορμίσας, τοὺς πελ-

diſſitum. Cives excurrebant, ut e navibus egredi prohiberent. Scutati vero ex inſidiis impetentes a tergo, quoſdam ex iis occiderunt, & quibuſdam captis vivis, iterum in naves ingreſſi ſolverunt.

10 Chabrias ex ſcutatis decem velociſſimos in ſingulas naves impoſuit, & noctu in hoſtile ſolum emiſit, atque prædam ex regione agere juſſit. Cives ex urbe ſuis rebus opem ferentes, capturi prædatores erant. Quo ille viſo, confeſtim ad urbem navigabat. Egreſſi cum adnavigantem vidiſſent, diligentiam adhibuerunt, ne urbem caperet. Ille naves ad terram appellens, acce-

πελταστὰς

22 Παρεβιβάσατο] Cant. παρεσκευάσατο.

23 Ἐκβοηθήσαντες, ἐπικρατεῖν τῶν λεηλατούντων ἔμελλον. ὁ δὲ περιϊδὼν, κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὴν πόλιν ἔπλει. οἱ δὲ ἐκβοηθήσαντες, τὸν, &c] Lacunam ortam ex repetitione τοῦ, ἐκβοηθήσαντες, intermedia enim in Vulgata aberant, cum MSS. & Interprete ſupplevi. Mox pro καὶ δὴ ἀποπλεύσαντες, Cant. καὶ διαπλεύσαντες.

24 Τὰς ναῦς τῆς χώρας προσορμίσας] Mendoſus locus: τῇ χώρᾳ enim ſcribendum. Sed & mutila eſt iſta narratio, ut ex Interprete apparet. Deeſt enim aliquid ante ἐσπούδασαν. *Caſaubonus*.

25 Πρὸς

ptis ſcutatis & præda, quam ceperant, diſceſſit.

11 Chabrias in Naxo adverſus Pollin navale prælium geſturus, præcepit trierarchis, ut ſi in æquali & ancipiti periculo eſſent, ſuarum navium ſignis abſconditis inſignitas hoſtiles eſſe ſcirent. Hoc facto, Pollidis gubernatores Athenienſium navibus obviam facti, cum non haberent Atticum ſignum, dubii & ancipites præternavigarunt. Athenienſes vero quemadmodum præceptum erat, utrinque in inſignitas naves im-

πεζοὺς καὶ τὴν λείαν ὅσην ἔλαβεν ἀναλαβὼν, καὶ δὴ ἀποπλεύσας ᾤχετο.

Χαβρίας ἐν Νάξῳ μέλλων ναυμαχεῖν [25] πρὸς Πόλλιν, παρήγγειλε τοῖς τριηράρχοις ἐὰν ἰσοπαλεῖς κατὰ τὸν κίνδυνον ὦσι, τὰ σημεῖα τῶν ἰδίων νεῶν λάθρα καθελόντας, εἰδέναι τὰς ἐπισήμους πολεμίας οὔσας. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, οἱ μὲν τοῦ Πόλλιδος κυβερνῆται ταῖς ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων ἀπαντῶντες, διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὰς τὸ Ἀττικὸν σημεῖον ἀμφιγνοοῦντες παρέπλεον. οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων κατὰ τὸ παράγγελμα ἐπισήμοις τῶν νεῶν ἔφθανον διαδόντες

25 Πρὸς Πόλλιν] Fl. πρὸς Πόλιν. Utroque modo ſcribitur: unico λ, Æſchini Orat. contra Cteſiphontem: Ὅτι Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Νάξῳ ναυμαχίαν Λακεδαιμονίους καὶ Πόλιν ἐνίκησαν. Diogeni Laërtio in Platone, ubi, poſtquam retulit, Dionyſium exoratum ne Platonem necaret, inquit: παρέδωκε αὐτὸν Πόλιδι τῷ Λακεδαιμονίῳ, κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ, ὥς τε ἀποδόσθαι. κἀκεῖνος ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, ἐπίπρασκεν. Addit paullo poſt: Τὸν μέντοι Πόλιν λόγος ὑπό τε Χαβρίου ἡττηθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Ἑλίκῃ καταποντωθῆναι, τοῦ δαιμονίου μηνίσαντος αὐτῷ διὰ τὸν φιλόσοφον. Tzetzes Chiliad. x. 359.

Ὁ Πλάτων ἐπωλήθη γὰρ ἐκ Πώλιδος ναυάρχου,
Τούτῳ δοθεὶς, εἴ τε πραθεὶς παρὰ Διονυσίου.

& 362.

Ἐκ Πώλιδος ναυάρχου μὲν, τῷ γένει Σπαρτιάτου,
Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον ὠνήσατο Ἀρχύτας.

Duplici λλ; Xenophonti lib. v. Hiſt. Diodoro lib. xv. Plutarcho in Dione, aliis. Paullo poſt pro ἰσοπαλεῖς, Bl. ἰσοπαλής.

δόντες διπλᾶς ἐμβολάς. τὸ τέχνασμα τοῦτο νίκην Ἀθηναίοις ἔδωκεν.

Χαβρίας εἰς [26] Αἴγιναν νυκτὸς καταπλεύσας, τριακοσίους ἄνδρας [27] εἴς τινα τόπον ἐπιτήδειον ἀποβιβάσας, αὐτὸς παρέπλει. οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐπεξελθόντες, τοῖς ἀποβᾶσι παρετάσσοντο· καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀνῄρουν· ὁ δὲ διὰ τάχους ἐς τὴν πόλιν εἰσέπλευσεν· [28] οἱ δὲ πολῖται φοβηθέντες μὴ τῆς πόλεως ἀποκλεισθῶσι, καταλιπόντες τὴν πρὸς τοὺς τριακοσίους μάχην, ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὴν πόλιν.

[29] Χαβρίας πρὸς τὰς ἐπιβολὰς τῶν κυμάτων ὑπὸ

τὴν

preſſionem fecerunt. Hæc machinatio, victoriam Athenienſibus attulit.

12 Chabrias noctu in Æginam navigans, triginta viris in locum idoneum expoſitis, ipſe præternavigabat. Cives ex urbe progreſſi, pugnam cum egreſſis incipiebant, & multos ex eis perimebant. Ille confeſtim ad urbem navibus contendit. Cives metuentes ne excluderentur, deſerta pugna, quam cum triginta viris inceperant, in urbem reverſi ſunt.

13 Chabrias adverſus impetus fluctuum ſub

26 Αἴγιναν] Cant. Αἰγεῖναν. & ante τριακοσίους inſerit copulam καί.

27 Εἴς τινα τόπον ἐπιτήδειον ἀποβιβάσας.] Ita legendum, vel, ut ſcriptum eſt in quibuſdam codicibus, ἀποδιαβιβάσας. Affinis huic narratio nona ſupra, itemque decima. *Caſaub.*

28 Οἱ δὲ πολῖται] Cant. abſque δέ.

29 Χαβρίας πρὸς ἐπιβολὰς τῶν κυμάτων] Etiam in noſtris codd. hoc ſtratagema corruptum fuit: ſicut & in iis quibus uſus Interpres. Apparet tamen ſententiam eſſe hanc: Chabriam extremas navis partes ad proram & puppim, quæ τὸ κατάστρωμα quod erat in media navi, ubi ſtant propugnatores, altitudine non æquabant, quaſque maris undæ facile ſuperabant, (Græci παρεξειρεσίας vocant, quod extra illas ſint remigum ſedes,) muniſſe pellibus: feciſſeque ut his quaſi pluteis navis utrumque latus, ex omni parte altitudine æquaret τὸ κατάστρωμα. Hæc eſt, niſi fallimur, iſtius narrationis ſumma. Quod ait δέῤῥεις καταλάμβανει, inſolens plane eſt: quum dicendum potius fuerit παρέβαλε: aut certe περιλάμβανει, ut in eadem re apud Xenophontem, Ἑλλην. libro primo, καὶ τοὺς ἐπιβάτας ἐς κοίλην ναῦν μεταβιβάσας, καὶ τὰ παραῤῥύματα παραλαβών. niſi verius eo loco παραβαλών ſcripſiſſe Xenophontem. Thucydides

πα-

Parexireſiam ex utroque latere pelles affixit, & ſeorſim æquales, cataſtromati in altitudine munitionem hanc cum Parexireſiis conjungens. Id impedimento fuit, quominus patens fluctibus navis ferretur, & nautæ minus madeſcerent. Sic etiam cum impetentes fluctus cernere non poſſent, propter obſtructionem, non perterriti ſunt metu, neque navim reliquerunt.

τὴν παρεξειρεσίαν ἑκατέρου τοίχου δέρρεις κατελάμβανεν· καὶ κατὰ μόνας ἀρτίους τῷ καταστρώματι κατὰ τὸ ὕψος φράγμα κατελάμβανεν αὐτὸ πρὸς τὰς παρεξειρεσίας· τοῦτο δὲ ἐκώλυε τὴν ναῦν ὑποβρύχιον φέρεσθαι. καὶ τοὺς ναύτας ὑπὸ τῶν κυμάτων βρέχεσθαι· καὶ τὰ ἐπιφερόμενα κύματα οὐχ ὁρῶντες διὰ τὴν τοῦ φράγματος [30] πρόθεσιν, οὐκ ἐξανίσταντο διὰ τὸν φόβον, οὐδὲ τὴν ναῦν ἔσφαλον.

14 Chabrias adverſus pelagias navigationes, & marinas procellas ſingulis navibus duo gubernacula com-

Χαβρίας πρὸς τοὺς πελαγίους πλοῦς, καὶ τοὺς ἐν τῇ θαλάττῃ χειμῶνας κατεσκεύαζεν ἑκάστῃ τῶν νηῶν διοσσὰ πηδάλια, [31] καὶ τοῖς μὴ

παραφράγματα & παραπετάσματα appellat. alii παραβλήματα aut προκαλύμματα, pelles vel alia quæ in utroque navis latere adverſus fluctuum impetus objici ſolent. Latini *pluteos.* Sequentia verba, καὶ κατὰ μόνας ἀρτίους, &c. corruptiſſima ſunt. ſub finem ſcribe, τὴν τοῦ φράγματος vel παραφράγματος πρόθ. *Caſaubonus.*

Πρὸς τὰς ἐπιβολάς] Articulus ex Fl. additus. Pro ὑπὸ τῆς παρ. lege ὑπὲρ τῆς παρ. Paullo poſt pro κατὰ τὸ, ὕψους, cum utroque Codice lego, κατὰ τὸ ὕψος. Locus autem corruptus admodum, nec a MSS. quidquam præterea opis. Interea, dum certius quid adferatur, legerim: καὶ κατὰ κώπας, ἀρτίους τῷ καταστρώματι κατὰ τὸ ὕψος, φράγμα κατελάμβανεν αὐτὸ πρὸς τὰς παρεξειρεσίας. Per κώπας ἀρτίους τῷ καταστρώματι κατὰ τὸ ὕψος intelligo, quas ſequenti ſtrategemate vocat, τὰς θρανίτιδας κώπας. Simili munimentorum genere propugnatores quoque a telis defendebant: de quo vide Schefferum. Sub finem cum Caſaubono lego φράγματος.

30 Πρόθεσιν] Cant. πρόθεσιν. quod etiam ferri poteſt, ut vel vertas, munimenti appoſitionem, vel, prætentionem.

31 Τῇ μὲν ὑπαρχούσῃ] Scribo, τοῖς μὴ ὑπάρχουσι. *Caſaubonus.*

Καὶ

μὲν ὑπάρχουσι ἐν ταῖς εὐδίαις ἐχρῆτο. [32] εἰ δὲ ἡ θάλασσα κοίλη γένοιτο, θάτερα διὰ τῆς παρεξειρεσίας [33] κατὰ τὰς θρανίτιδας κώπας πατηθῆ, τοὺς αὐχένας ἔχοντα καὶ τοὺς οἴακας ὑπὲρ τοῦ καταστρώματος, ὥστε ἐξαιρουμένης τῆς πρύμνης, τούτοις τὴν ναῦν κατευθύνεσθαι.

Χαβρίας καταλαβὼν τὴν Λακωνικὴν, καὶ λείαν πολλὴν ἁρπάσας, Σπαρτιατῶν ἐκβοηθησάντων ὧν Ἀγησίλαος ἡγεῖτο, συνα-

paravit, atque priſtinis in tranquillitate utebatur. Sin mare cavum fieret, altera per Parexereſiam juxta ſeſſiles remos apponebat gubernacula ſupra cataſtroma, ut ſublata puppi navem dirigeret.

15 Chabrias cum Laconum terram occupaſſet, multamque prædam abegiſſet, exeuntibus ad ferendum ſuis auxilium

γαγὼν

Καὶ τοῖς μὲν ὑπάρχουσι] Ita reſtitui ex Fl. firmante conjecturam Caſauboni, pro vulgato, καὶ τῇ μὲν ὑπαρχούσῃ. Cant. καὶ τοῖς ὑπάρχουσιν. Idem Codex pro εὐδείαις, εὐδίαις.

32 Εἰ δὲ ἡ θάλασσα κοίλη γένοιτο] Κοίλη, hoc eſt, κοιλαινομένη, vel, τραχυνομένη, quando videlicet, ut Poëta Latinus canit,

——— *unda dehiſcens*
Terram inter fluctus aperit.

vide Pollucem. *Caſaubonus.*

33 Κατὰ τὰς θρανίτιδας κώπας πατηθῆ] Lege, παρετίθη. *Idem.*

Πατηθῆ] Cant πατηθεῖ. Lego cum Caſaubono, παρετίθη. Ceterum verba hæc, θάτερα διὰ τῆς παρεξειρεσίας κατὰ τὰς θρανίτιδας κώπας παρετίθη, τοὺς αὐχένας ἔχοντα καὶ τοὺς οἴακας ὑπὲρ τοῦ καταστρώματος· ὥστε ἐξαιρουμένης τῆς πρύμνης, τούτοις τὴν ναῦν κατευθύνεσθαι, verto: *alia per ſpatium, quod eſt inter remiges & proram, juxta remos ſupremos adaptabat, anſas & clavos habentia ſupra cataſtromata, ita ut elevata puppi hiſce moderaretur navem.* Idem fere, quod hoc & ſuperiore ſtrategemate refertur de Chabria, contra tempeſtatum vim excogitatum quoque a barbaris, ſub Aniceto, Polemonis liberto, Pontum infeſtantibus, ſcribit Tacitus III. Hiſt. cap. 47. *Et tumido mari prout fluctus attollitur, ſumma navium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter undas volvuntur, pari utrimque prora, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiſcretum & innoxium eſt.* Duplex gubernaculum apud eundem vide lib II. Ann. cap. 6. & de Mor. Germ. 44. Quid ſit παρεξειρεσία docet Thucydidis Scholiaſtes ad lib. IV. Παρεξειρεσία ἐστὶν ὁ ἔξω τῆς εἰρεσίας τῆς νεὼς τόπος, καθ᾽ ὃ μέρος οὐκέτι κῶπαι κέχρηνται. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀκρότατον τῆς πρύμνης καὶ τῆς πρώρας. Heſychio θρανίτιδες κῶπαι per ſyncopen dicuntur, θρανιτίδες κῶπαι, αἷς οἱ θρανῖται χρῶνται, ἐν ταῖς κατατρεχούσαις ναυσί. De iis, ut & quid ſit αὐχὴν, & οἴαξ, vide Schefferum de Militia navali.

34 Καλῶν]

Spartiatis, duce Ageſilao, milites in collem excelſum conduxit: jumentiſque & captivis in munitiſſimum locum impoſitis, caſtra circum ea locavit. Lacones quinque ſtadiorum ſpatio e regione caſtrametabantur. Imperavit Chabrias, ut ignes plurimi per noctem incenderentur: & ſecunda vigilia promulgavit, ut relictis jumentis & pecudibus ipſi per poſteriorem collis partem diſcederent. Qui mandato parentes, clam diſceſſerunt. Lacones & ignem conſpicientes, & jumentorum vocem exaudientes, cum Athenienſes remanere putarent, ſub diluculum vaſis conclamatis, accepta ad ineundam pugnam teſſera, ad collem proceſſerunt. Poſtquam vero appropinquaſſent, & inania caſtra inveniſſent, exclamavit Ageſilaus: Optimus equidem dux eſt Chabrias.

γαγὼν τοὺς στρατιώτας ἐπὶ λόφον ὑψηλὸν, τὰ σκευοφόρα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀγαγὼν ἐπὶ τὸ ἰσχυρώτατον, περιεστρατοπέδευσεν. οἱ δὲ Λάκωνες ἀπὸ πέντε σταδίων ἀντεστρατοπέδευσαν. Χαβρίας παρήγγειλεν ὡς πλεῖστα πυρὰ [34] καλῶσαι διὰ νυκτός· καὶ περὶ δευτέραν φυλακὴν παρήγγειλε, τὰ μὲν ὑποζύγια καὶ τὰ βοσκήματα καταλιπεῖν. αὐτοὺς δὲ ἀναχωρεῖν κατὰ τὸ ὄπισθεν μέρος τοῦ λόφου. οἱ μὲν δὴ λαθόντες ἀνεχώρησαν· οἱ δὲ Λάκωνες τό τε πῦρ ὁρῶντες, τῆς τε φωνῆς τῶν ὑποζυγίων ἀκούοντες, μένειν τοὺς Ἀθηναίους νομίζοντες, ὑπὸ τὴν ἕω διασκευασάμενοι, πρὸς μάχην σύνθημα λαβόντες, τῷ λόφῳ προσῆγον. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς γενόμενοι κενὸν τὸ στρατόπεδον εἶδον, ἀνεβόησεν Ἀγησίλαος, ἄριστός γε στρατηγὸς Χαβρίας.

[CAP.

34 Καλῶσαι] Cant. κακλῶσαι.

1 Εὐθὺς]

[CAP. XII.]

Φωκίων.

¶ Φωκίων Ἀθηναίους ὡρμηκότας στρατεύειν ἐπὶ Βοιωτοὺς ἐκώλυεν· οἱ δὲ πολλῇ ὁρμῇ χρώμενοι τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο, καὶ Φωκίωνα στρατηγόν. ὁ δὲ τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν ἐκέλευσεν· ὅσοι Ἀθηναίων μέχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀπὸ ἥβης, πέντε ἡμερῶν σιτία λαβόντες, [1] εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἕπεσθέ μοι. ὁ θόρυβος ἦν πολύς. οἱ πρεσβύτεροι καὶ μᾶλλον ἐβόων, ἀνεπήδων, ἠγανάκτουν. τότε δὴ Φωκίων, οὐδὲν, ἔφη, δεινὸν ὑπομένετε· κἀγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὀγδοηκοστὸν ἔχων [2] ἔτος [3] μεθ' ὑμῶν κείσομαι. τοῦτο ἀκούσαντες Ἀθηναῖοι, τῆς ὁρμῆς τῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐπαύσαντο καὶ μετεβάλλοντο.

Phocion.

¶ Phocion Athenienſibus expeditionem adverſus Bœotos ſuſcipere volentibus, reſtitit. Qui magnis propenſiſque ſtudiis bellum decreverunt, & Phocionem ducem crearunt. At ille præconem juſſit proclamare: Omnes Athenienſes ab ætate puberum uſque ad annum ſexageſimum, aſſumpto quinque dierum commeatu, mox a concione me ſequimini. Ibi tum magnus oriri tumultus, & præ cæteris potiſſimum ſenes vociferari, proſilire, atque indigne ferre. Tum Phocion: Nihil, inquit, vobis grave aut indignum accidet. Nam ego quoque dux octuageſimum annum habens, vobiſcum una jacebo. Hoc audito, Athenienſes belli ſtudium ac voluntatem remiſerunt atque mutarunt.

[CAP.

1 Εὐθύς] Cum MSS. pro εὐθέως. Mox pro ἕπεσθε, Cant. ἕπεσθαι.
2 Ἔτος] MSS. ut & Codd. Casauboni, μέρος.

3 Μεθ' ὑμῶν κείσομαι] Quidam codd. μεθ' ὑμῶν ἔσομαι. Quid ſi, ἐκεῖ ἔσομαι. *Caſaubonus.*

[CAP. XIII.]

Chares.

¶ Chares in exercitu ſuſpicatus exploratores verſari, præſidium foris collocavit, mandavitque ut unuſquiſque proximum apprehenderet: neque ante dimitteret, quam dixiſſet quiſnam eſſet, & cujus ordinis. Ita factum eſt, ut caperentur exploratores, cum neque ordinem, neque manipulum, neque contubernium, neque ſignum indicare poſſet.

Χάρης.

¶ Χάρης ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατασκόπους ὑπονοήσας εἶναι, φυλακὴν ἔξωθεν τοῦ χάρακος ἐπιστήσας, προσέταξεν ἕκαστον ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ πλησίον· καὶ μὴ πρότερον προσαφιέναι, πρὶν εἰπεῖν ὅς τις εἴη, καὶ τίνος τάξεως. οὕτω δὴ συνέβη τοὺς κατασκόπους ἁλῶναι, μὴ δυναμένους εἰπεῖν μήτε τάγμα, μήτε λόχον, μήτε συσσίτιον, μήτε σύνθημα.

2 Chares in Thracia cum vehementiſſima tempeſtas ingruiſſet, conſpicatus milites veſtimentis parcere, & ſegniter imperata facere: mandavit ut veſtes invicem commutarent. Hoc facto cum ſinguli alienarum veſtium nullam rationem haberent, promptius id, quod imperatum fuerat, exequebantur.

Χάρης ἐν Θρᾴκῃ χειμῶνος ὄντος ὑπερβολῇ, τοὺς στρατιώτας ὁρῶν φειδομένους τῶν ἱματίων, [1] καὶ πρὸς τὸ πράττειν ἃ χρὴ διακειμένους ὀκνηρῶς, παρήγγειλεν αὐτοῖς, [2] ἀλλάττειν παρ᾽ ἀλλήλων τὰ ἱμάτια. τούτου γὰρ γινομένου, τῶν ἀλλοτρίων ἐσθήτων ἕκαστος οὐ φειδόμενος, ἑτοιμότερος ἦν πράττειν τὰ κελευόμενα.

Χάρης

1 Καὶ πρὸς τὸ πράττειν] Cant. abſque præpoſitione.

2 Ἀπο-

Χάρης ἀπῆγε στρατόπεδον ἐκ Θρᾴκης, ἐπέκειντο οἱ Θρᾷκες καὶ τὴν οὐραγίαν ἔθραυον· ὁ δὲ βουλόμενος, [2] ἀποσπάσας τοὺς πολεμίους, διελθεῖν ἀσφαλῶς τόπον ὕποπτον, [3] σωιδὼν ἀναβιβάσας τῶν σαλπιγκτῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους, καὶ συμπέμψας αὐτοῖς ὀλίγους τῶν ἱππέων, ἐκέλευσε παριππευσαμένους τὴν ταχίστην, γενομένους ὄπισθεν τῶν πολεμίων, τὸ πολεμικὸν σημῆναι· οἱ μὲν ἐσήμηναν· οἱ δὲ προσκείμενοι Θρᾷκες ἐνέδραν εἶναι νομίσαντες, τὴν τάξιν λύσαντες, φεύγοντες ᾤχοντο· Χάρης δὲ ἀσφαλῆ τὴν ἀποχώρησιν ἐποιήσατο.

3 Chares exercitum e Thracia deducebat. Inſtantibus Thracibus, & poſtremum agmen carpentibus: cum vellet abſtractis hoſtibus, tuto locum ſuſpectum tranſire: impoſitis in equos tubicinibus, & miſſis una paucis equitibus, juſſit ut obequitantes ſtatim ad hoſtium terga penetrarent, & claſſicum canerent. Quibus canentibus, Thraces qui inſequebantur, inſidias eſſe ſuſpicati, perturbatis ordinibus fugam capeſſerunt. Chares vero ſecure ac ſine detrimento diſceſſit.

[CAP. XIV.]

Χαρίδημος.

¶ Χαρίδημος Ἰλιέων λεηλατούντων αὐτοῦ τὴν πόλιν, οἰκέτην Ἰλιέα προελθόντα ἐπὶ λείαν συλλαβὼν, μεγάλοις δώροις ἔ-

Charidemus.

¶ Charidemus Plienſibus urbem ejus deprædantibus ſervum Plienſem progreſſum ad prædam comprehendit, eumque magnis

πεισε

2 Ἀποσπάσας] Uterque codex ἀποσπάσαι. ſed Interpres ut Vulgata.

3 Σωιδὼν] Συχνὰς. *Caſaubonus.*

1 Περι

propoſitis muneribus, ad prodendam urbem adduxit. Verum quo majorem ei fidem haberent portarum cuſtodes, multas oves mancipiaque bis terve dedit, ut adduceret. Cuſtodes vero partientes hæc, ſæpius illi per noctem exeundi poteſtatem fecerunt: cumque eo homines complures, qui prædam agerent. Charidemus ſocios ejus comprehenſos in vincula conjecit. Horum autem veſtibus quoſdam ex ſuorum numero armatos induit, deditque eis tum aliam prædam, tum equitatum quaſi captivum. Cuſtodes ad recipiendum equitatum, totam portam aperuerunt. Milites cum equitibus irruentes, cuſtodes trucidaverunt, reliquamque manum recipientes, urbe potiti ſunt. Itaque ſi quid ludendum eſt, ſecundo equi expugnatione captum eſt Ilium.

